Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
15 1
22

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

22.0.22.
27 27
2 u
22 4
13-13-a.16

Digitized by Google

POMPEII BATTAGLINI, I. C. NEAPOLITANI,

AD CYNVM PISTORIENSEM, ADDITIONES,

ET AD NONNVLLAS LEGES CODICIS, ADNOTATIONES.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA TTORIO EMANUELE

NEAPOLI, Apud Dominicum Tabbanellum :- MDCII.

ILLVST.MO ET EXCELLENT.MO

DON FRANCISCO

DE CASTRO,

IN NEAPOLITANO REGNO.

PROREGI MERITISSIMO,

POMPEIVS BATTAGLINVS

I. C. NEAPOLITANVS F.

NIHIL eſt, Excellentiſsime Princeps, quod homini contingere poſsit optabilius, quàm ſi cui quid debeat, ipſe ſatisfaciendi rationem inueniat. Gratulor itaq; mihi, quòd cùm propter magnitudinem tuorum, erga me, officiorum, tantum tibi debeam, quantum nullo vnquam tempore, perſoluere valeam, abs te ipſo didicerim, quà poſſem tibi aliquantulùm ſatisfacere. Tu enim hoc Regnum, poſt optimum Patrem tuum, pro Rege, adminiſtrando, nihil tibi antiquius, nihil carius, nihil gratius eſſe, re ipſa, profiteris, quàm ſi quicquid in te, & in alijs ſit, qui tibi placere ſtudeant, in publica commoda conferatur. Cùm ergo, poſt alia quamplurima, dignatus ſis, eorum numero, qui, in hac florentiſsima Parthenope, iuri dicundo præſunt, me quoque, præter omnium ferè opinionem, adiungere, atq; inde cognouerim, duplici, me tibi, vinculo potiſsimùm teneri, & vt non ingrati animi ſigna proferrem, & vt non imprudens tuum extitiſſe conſilium, (occupauerat quippè, propter ætatem meam, omnium animos hæc ſuſpitio,) aliquo argumento, comprobarem, ſtatim, exemplo tuo, intelligere cœpi, vtriq; parti me fore ſatisfacturum, ſi te ipſum imitatus, publicæ tantùm vtilitati, quoad mea fieri poſsit, aſsiduam, ſedulamq; operam impenderem; Videbatur tamen, ad id integrè, perfectèq; præſtandum, non ſufficere, ſi aſsignatum mihi munus

diligenter, ac proſperè obirem, cùm vel in hoc, (quæ noſtrorum temporum eſt calamitas) plurimum ſibi tàm fortuna, quàm hominum gratia vindicare videantur, ſed etiam oportere altiùs quodammodò niti, & quod ab omni prorſus, (ſi fieri poſſet) calumnia tutum eſſet, ante omnium oculos proponere. De ea verò re ſæpius cogitanti, illa deniq; ſententia animo reſedit, vt quas Piſtorienſi CYNO, magni nominis Iuriſconſulto, ac vel ab ijs, quos vniuerſus orbis tanquam Triarios, & extra omnem aleam poſitos ſuſpicit, & exclamat, ſemper venerato, Additiones, iamtùm à puero, deſtinaueram, accuratiùs, hoc tuo tempore, maturarem, & ſub tuis auſpiciijs, in publicum emitterem. Quid modò Generoſiſsime, ac Meritiſsime Prorex? an munus hoc noſtrum exornabo verbis? an illud, apud te, commendabo, quem illa in primis virtus exornat, atque commendat, quæ (vt ille ait) falli non poteſt, & fallere non vult? Vnum oro, ſi tuis, ac aliorum votis non reſponderit, ſaltem, in re magna, laudetur, cupijſſe, voluiſſe, laboraſſe. Vale, Neapoli, kal. Octob. MDCII.

POMPEII BATTAGLINI
I. C. NEAPOLITANI
AD CYNVM PISTORIENSEM ADDITIONES

DE SVMMA TRINIT. ET FIDE CATHOL.

HIC titulus, tempore Iuſtiniani, erat primus in Codice, nec aderant præcedentes, prout nunc adſunt, ſcilicet De nouo Codice faciendo, & alij, vt ait Cæſar Coſta, variar. ambig. lib. 1. cap. 19. vbi non ex alio quàm ex imperitia, & negligentia ſcriptorum, id contigiſſe contendit.

L. 1. Circa materiam huius legis vide latè Ant. Gabriel. lib. 6. commun. concluſ. tit. de Statutis. Surd. conſ. 2. incip. dubius eſt, vol. 1. Item ex hac lege, ibi *Diuum Petrum Apoſtolum tradidiſſe Romanis*. deducit Bernar. Vualter. miſcellan. Iur. lib. 2. cap. 3. Diuum Petrum fuiſſe Romæ, quod etiam latè probat, ex alijs, aduerſus negantes: ſed de hoc non eſſe dubitandum, de communi omnium ſententia, optimè, ſuo more, docet Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius Annalium Eccleſiaſticorum tom. 1. Anno Domini 44. fol. mihi 309. lit. A. B. C.

Et quòd debeat attendi ſtatutum ſpeciale, non autem generale loci ſuperioris, quando ſimul concurrunt, Gabr. conſ. 29. plures quæſtiones, nu. 47. lib. 2. Et nouiſsimè, poſt alios, ita fuiſſe deciſum dicit Marc. Anton. de Amatis, deciſ. 2. per totam.

Cyn. *Secundò nota, quòd magnum quid reputatur bonum habere nomen.*) Vide multa per Parid. de Syndic. verb. tortura. cap. mandauit Rex, nu. 25. Vbi an malum nomen ſit indicium ad torturam. De quo, poſt alios, Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 89. nu. 131. Et quòd turpia nomina debeant euitari, & pulchra imponi, Io: Andr. in c. grauis, de depoſ. vbi refert dictum dominæ Malantiæ vxoris ſuæ. Fely. in prohem. decretal. verb. Gregorius. Iaſon in rub. ff. ſolut. matr. vbi etiam Soc. Iun.

Digitized by Google

in 2. par. num. 8. & ſeq. & ibi etiam alij repetentes. Affl. in conſtit. in conſutilem, nu. 6. & ſeq.

Cyn. *Imperator eſt totius mundi dominus.*) Adde Bar. in l. hoſtes, ff. de capt. & poſtl. reuer. Rolan. à Val. conſil. 88. in cauſa, nu. 9. vol. 1. Item adde quæ dicit Anchar. conſ. 310. tres domini, num. 3. vbi multa ad corroborationem Imperij, Multa quoque dicit Alberic. hìc, & Oldrad. conſil. 69. Conſueuit dubitari, per totum. Pet. Bellug. in ſpec. Princip. rub. 14. §. veniamus, nu. 6. & ſeq. fol. mihi 91. Couar. in reg. Peccatum, 2. §. 9. nu. 5. & ſeq. Camerar. in cap. Imperialem, fol. 38. lit. M, de prohib. feud. alien. per Feder. Io: Igne. in l. neceſſarios. §. non aliàs, par. 3. nu. 6. ff. ad Syllan. Iſern. in prohem. conſtit. Regni, col. 16. verſ. ſed certè antequàm coronetur, & in præludijs feud. quæſt. 2. Vacon. lib. 3. declar. Iur. declar. 48. nu. 12. Portius in commun. concluſ. lib. 5. concluſ. 14. Adden. ad conſuet. Neapol. in prohem. fol. 42. Menoch. conſ. 2. magni ponderis controuerſia, nu. 98. & ſeq. vol. 1. Quæ autem, & quot ſint inſignia Imperatoris, vide per Affl. in conſtit. omnes noſtri, nu. 1. lib. 1.

Cyn. *Videamus modò, quomodò, & quando ſtatuta ligent forenſem.*) Adde latè Affl. in conſtit. vſurariorum, num. 9. & ſeq. & in conſtit. homines, per totum. Et ibidem quando ignorantia excuſet. Menoch. conſ. 74. incip. dubitari, per totum, vol. 1.

Cyn. *Aut ex cauſæ deciſione, & ſeruatur ſtatutum loci, in quo contractus eſt celebratus.*) Napod. in conſuet. dos, & quarta, in verb. quartam,, nu. 100. fol. mihi 267. allegat Cyn. hìc, ad probandum ex eius dictis, & ex alijs, quòd ſi in Ciuitate Neapolis celebretur contractus etiam inter exteros, de re feudali, vel ad feudum pertinente, puta conſtituendo dotarium, non poſſit ex eo, & pro eo agi, niſi fuerit confectum inſtrumentum, iuxta diſpoſitionem eiuſdem conſuetudinis.

Cyn, *Pone, Bononiæ eſt conſuetudo.* Adde vltra alios Doct. hìc, eundē Cyn. in l. ſi arrogator, nu. 12. ff. de adopt. quo loco videtur idem ſentire, quod hìc; & ipſum ſequitur Bar. ibidem, nu. 22. & Anchar. conſ. 163. Viſis, & diligenter inſpectis, in prin. Alex. conſ. 128. conſideratis verbis, nu. 3. verſ. licet aliud, vol. 1. Signorol. de Homod. conſ. 166. quæſtio diſputanda, nu. 1. vbi hanc opinionem Cyn. communem dicit, ipſamq; pluribus comprobat rationibus, & ad aliqua, quæ contra addu-

ci

ei poſſent, non ineptè, reſpondet: Et vide Albert. Brun. in tract. de ſtatut, exclud. fœmin. artic. 8. quæſt. 25. nu. 126. Et Pariſ. conſ. 12. in præſenti, nu. 46. vol. 3. Et Hyp. de Marſ. in repet. leg. fin. nu. 95. & ſeq. ff. de iuriſd. omn. iud. Et And. Gail. pract. obſeru. lib. 2. obſer. 123. fol. mihi 459. Vbi communem etiam dicit, & alios tenentes hanc opinionem, ibidem relatos inuenies. Et an, & quando, ſtatutum extendatur ad bona ſita extra territorium, vltra dictos allegatos, vide Rub. Alexandrin. conſ. 71. plura mihi, Et Rom. conſ. 39. in propoſito. Soc. conſ. 36. rectè, ac maturè, vol. 1. Et Hieron. Magon. deciſ. Florent. 107. Donna Hyppolita, Et latius per Ant. Gabri. lib. 6. com. concluſ. ſub tit. de ſtatut. cōcluſ. 8. nu. 1. & ſeq. An exterus delinquens, contrahens, vel aliter domicilium ſortiens in loco, ligetur conſuetudinibus illius loci, poſt Cyn. hìc, vide Napod. ad conſuet. Neapol. in prohemio Caroli, ſub nu. 335. fol. 58. Et an conſuetudo, extendatur extra diſtrictum, & ad bona alibi ſita, vide latè per Napod. in prohem. conſuet. Neapol. nu. 334. & in conſuet. pupillus, nu. 8. Et latiſsimè Addentes ad dictas conſuet. fol. 53. & ſeq. & fol. 391. Et quò ad conſuetudines Neapolitanas, vera, & in praxi obſeruata opinio eſt, non extendi ad bona extra diſtrictum, eas tamen quæ ad materiam dotis pertinent, extendi, Ita vir ingenio, & doctrina inſignis Vinc. de Franch. deciſ. 472. Et Additio ad conſuetudinem, ſiqua moriens, fol. 197. Sed illæ conſuetudines huius Ciuitatis, quæ dicuntur Nidi, & Capuanæ, extenduntur etiam ad bona extra diſtrictum, vt deciſum fuit teſte Doctiſsimo Fabio de Anna, conſ. 118. nu. 29. & conſ. ſeq. & conſ. 92. nu. 52. & ſeq.

Cyn. *Conſuetudo eſt in Anglia, &c. Nunquid in primo caſu.*) De hac quæſtione vltra Doct. hìc, vide per Alberic. lib. 1. ſtatut. quæſt. 46. nu. 8: Anchar. conſil. 163. Viſis, nu. 1. Et in repet. c. poſtulaſti, quæſt. 5. nu. 47. de for. compet. Alex. conſ. 128. conſideratis, nu. 3. & 5. vol. 1. Iaſ. conſ. 163. in iſto paſſu, nu. 8. vol. 2. Signorol. conſ. 166. quæſtio diſputanda, nu. 4. Roland. conſ. 80. dubium quidem, nu. 8. & 27. vol. 4. Latè per Ant. Gabriel. lib. 6. com. concluſ. tit. de ſtatut. concluſ. 9. nu. 1. & ſeq. Magis autem communis opinio, vt ex allegatis videre poteris, eſt, quòd nulla ſit adhibenda differentia,

an ſtatutum reſpiciat in rem, vel in perſonam, ſed indiſtinctè in bonis Anglicanis ſuccedat primogenitus ſolus, & in alijs bonis, alibi ſitis, ſuccedant omnes ſimul, æqualiter.

Cyn. *Secundo caſu.*) Adde Doct. hìc, Et Anchar. in præced. Additione citatum, Et Signorol. & Roland. ibidem relatos. Et Bal. conſ. 208. Doctores noſtri, lib. 3. Et Cott. in ſuis memor. verb. ſtatuto Mediolanenſi, verſ. ſtatuto præallegato, fol. mihi 800. Et Ant. Gabriel, d. lib. 6. tit. de ſtatut. concluſ. 9. nu. 10. In hac autem quæſtione, dic vt in præcedenti.

Cyn. *Vltimò poſſit quæri. an Hæreticus poſſit puniri ad mortem.*) Quibus pœnis puniendus ſit Hæreticus, vide per Doct. in l. manichæos inf. de hæretic. Et per Goffred. in ſum. tit. de hæret. fol. mihi 414. Et Boſſ. in tract. crim. tit. de hæret. nu. 37. fol. mihi 130. Ang. de malef. tit. de crim. hæreſ. Bernard. Diaz, in ſua pract. crim. canon. cap. 106. incip. præmiſſo prius, Paul. Grilland. in tract. de hæretic. lib. 1. quæſt. 3. Ludouic. Carrer. in tract. crim. diuerſ. Clar. in §. hæreſis. Iacob. Siman. in ſuo tract. qui inſcribitur Enchyridion Iud. viol. relig. Et quæ pœna veniat irroganda de iure conſtitutionis Regni, vide in d. conſtit. inconſutilem, lib. 1. quæ eſt ſub tit. de hæret. & pataren.

L. nullus Hæreticis. Cyn. *Pone in Ciuitate iſta.*) De hac quæſtione, vltra alios ſcribentes hìc, vide per Rom. in repet. l. ſi vero, §. de viro, limitat. 54. nu. 88. ff. ſol. matrim. Et Bal. conſ. 158. proponitur, nu. 3. vol. 3. Hoſtien. in ſum. de immunit. eccleſ. §. quantum. nu. 5. verſ. item in caſtellari non debet, Archid. in can. ſanctorum nu. 2. 10. q. 1. Afflict. in cap. 1. §. quid ergo, nu. 25. de inueſtit. de re. alien. fact. Et Nicol. Euerard. in ſuo lib. de var. mod. argum. in loco à perſona ad locum, nu. 1. fol. mihi 520. qui omnes dicunt quòd poſsit, & licet Bal. hìc aſſerat quòd ſecundùm Canoniſtas, non poſsit, tamen male dicit, ſecundùm Alex. in addit. ad eum, & Roman. loco citato, qui allegant Innocent. in c. cùm eccleſia, de immunit. eccleſ. Et Nicol. Euerard. loco citato, allegat Hoſtienſ. Et Panormit. in d. c. cùm eccleſia. Tu autem vltra hos allegatos, alleges Ant. de But. in eod. c. cùm eccleſia, Et Hoſtienſ. in d. ſum. loco ſupra citato, Et Archid. in can. Sanctorum, loco etiam citato. Et Anchar. in c. non minus, nu. 8. de immun. eccleſ. Item ad hanc quæſtionem

adde

adde Cyn. in l. neminem, in fine, inf. de Sacroſ. ecceleſ. Vbi, an Rex, tempore neceſsitatis, inconſulto Papa, poſsit capere calices, & alia bona eccleſiæ pro ſubuentione, dummodò poſtea tempore pacis, & ſic poſt quam ceſſauerit neceſſitas, faciat reſarciri. Et ad idem Affl. in rub. quæ ſint regal. nu. 88. Et adde quæ dicit Capic. in inueſtit. feud. §. feudorũ cuſtodia. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 5. nu. 3. Et Frecc. lib. 1. ſub nu. 57. verſ. notandum eſt.

L. nemo Clericus. Cyn. *Secundò oppono, dicitur hic quòd magis punitur paruus, quàm magnus, ignobilis quàm nobilis, &c. ignobilis.)* Vltra iura allegata hic per Cyn. ad probãdum quòd magis puniatur ignobilis, adde tex. in l. 2. inf. vt nemo priuat. titul. præd. ſu. vel alien. imp. & in l. quicunq; inf. de hæretic. circa med. & in l. fin. inf. quæ res vendi non poſſ. & tex. in c. fin. de pœnis, & in can. qui contra, 24. q. 1. Quando verò magis puniatur nobilis, vltra Cyn. & alios hìc, vide per Doct. in l. properandum, §. ſin autem vtraq; inf. de iud. & Doct. præcipuè Alberic. in l. presbyteri, inf. de Epiſcop. & cler. & Cepoll. conſ. 39. nu. 23. & ſeq. Vide Tiraquell. in tract. de pœnis temper. aut remitt. Et vide vnum caſum, in conſtit. Regni, incip. intentionis noſtræ, ſub tit. de illicita portat. armor. Et adde quæ ibi habentur, per Affl. nu. 36. & in conſt. cultus iuſtitiæ, ſub tit. de cultu iuſtitiæ. Sed in pœna corporali, magis ignobilis, vt in iuribus ſupra alleg. Item nota quòd nobili non eſt inferenda pœna ignominioſa, quæ tamen poſſet irrogari ignobili. Fulg. conſ. 157. Affl. in conſtit. quicunq; toxicum, nu. 2. Grammat. deciſ. 32. & quando nobilis puniatur tanquam vilis, Bal. hìc.

DE SACROS. ECCLES.

L. 1. *Cyn. ſed pone quòd teſtator)* Ad Cyn. hìc, dum ſequitur Pet. in eo quòd iuramentum aſſertorium de præterito non obliget iurantem, licèt incidat in periurium, & ideò ſi maritus iuret ſe debere centum vxori, non obliget eum, adde Imol. in c. cùm contigat, in 10. memoral. de iureiur. Alex. in l. ſi donatione, nu. 6. inf. de collat. vbi refert Bart. & Bal. & Salic. Et Aret. conſ. 74. nu. 7. Soc. in l. 1. nu. 103. verſ. non omitto, ff. ſol. mat. & Surd. vbi alios allegat, conſ. 37. viget, nu. 12. vol. 1.

L. Placet.) Iuxta hanc legem, quæras vltra Cyn. An eccleſia teneatur ſoluere pro prædijs à laicis, quocunq; titulo, acquiſitis, cùm ad manus ſuas talia bona peruenerunt. De qua quæſtione, vltra Doct. aliquos hìc, vide per Bar. conſ. 180. incip. ſi aliqua. Vbi dicit, quòd ſi onera non ſint merè realia, vel prædia tributaria, Eccleſia non teneatur, Cuius opinionem ſequitur Felyn. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, nu. 76. de conſtit. & ſequuntur alij hìc, Et Bal. conſ. 280. præmiſſo, vol. 2. Et Nicol. Feſtaſ. de collect. par. 4. cap. 1. nu. 3. Et Ruyn. conſ. 117. videtur prima facie, per totum, vbi etiam communem dicit, licet contra ſenſerint Angel. conſ. 206. aliàs 244. inter ordinamẽta. Et Anchar. conſ. 303. hoc ſtatutum, Et ita fuiſſe deciſum, teſtatur Teſſaur. deciſ. 234. incip. Eccleſia, Quod qualiter procedat, & quomodo limitetur, vide ibidem. per Teſſaur. & vide pragm. editam à Rege Ferdin. ſub tit. de Clericis, ſeu Diaconis, in ordine, 3. incip. per molte querele.

Cyn. *Vltimò quæro nunquid Priuilegium huius legis extendatur ad Eccleſias poſtea factas, & ad poſſeſſiones poſtea quæſitas, &c.*) Adde ad hanc quæſtionem, quæ dicit Alberic. in l. ſi quis, inf. quæ res pignor. oblig. poſſ. Et Pet. de Bella pert. in l. omnia priuilegia, inf. de epiſcop. & cler. Et ibidem Bal. Et in addit. ad eum. Et licet Cyn. hìc non firmet pedes, ſed tantùm aliorum referat opiniones; tamen comm. opinio eſt, quòd extendatur, vt per Pet. Alberic. & Bar. hìc videre poteris. Et Natt. conſ. 64. nu. 10. Surd. conſ. 262. non ſunt leues, nu. 48. vol. 2. Et adde quæ habentur in deciſ. Luſit. Valaſc. 58. incip. extat forus, nu. 1. & ſeq. vbi plura, quæ faciunt ad hanc materiam inuenies. Vide Affl. in conſtit. circa violentiarum, lib. 1. nu. 8.

L. Ad inſtructiones.) Circa materiam huius legis, quando ſcilicet eccleſia, & clerici teneantur contribuere oneribus ciuitatis, vide per Pet. de Vergn. in addit. ad Iacob. Butrig. in l. 3. inf. tit. 1. Et Odofred. in l. placet, ſup. eod. Et Bal. in auth. item nulla communitas, inf. tit. 1. Et Hoſtienſ. in ſum. de immun. eccleſ. in §. à quibus muneribus, Et Barbat. conſ. 29. Clementiſsimum Deum, vol. 4. Et Doct. in c. non minus, de immun. eccleſ. Et an hic tex. ſit correctus per auth. item nulla communitas, inf. tit. 1. vltra ſcribentes hìc, vide per Doct. in

d. c.

d. c. non minus. Et Paul. de Caſt. conſ. 423. ex puncto, col. 3. vol. 2. & conſ. 3. omnipotentis, inter conſ. feud. diuerſ. Et Io: Vincent. de Ann. allegat. 13. in Regia Camera, nu. 8. Et communior opinio eſt, quòd non, vt per allegatos videre poteris, licet non defuerint qui contrarium ſenſerint, Et idem Rip. vbi alios allegat, reſponſ. 168. ciues, & incolæ, nu. 5. ſol. mihi 121. Vide etiam Capic. in inueſtit. feud. §, feudorum clauſulæ, fol. 121. & ſeq. vbi latè. Et Burſat. conſ. 16. nu. 25. & conſ. 42. lib. 1. Item quò ad hanc l. vide Marc. Mantu. in æquilibrio ſcholaſtico, in 1. par. C. lib. 1.

Cyn. *Quid de refectione murorum, an Eccleſia teneatur, dicit gloſ. quòd non, Iacob. de Rauen.)* Vltra alios Doct. hìc, vide per ſcribentes, in d. c. non minus, de immun. eccleſ. Et Pet. Iacob. in ſua pract. in tit. de foſſat. & mur. in princ. Et And. de Iſern. in cap. 1, §. imperialis. col. 4. verſ. nunquid, de pac. Conſtant. Et Rebuff. in conſtit. Gall. in tract. de ſenten. prouiſ. artic. 3. gloſ. 6. nu. 3. vol. 1. Et Barbat. d. conſ. 29. nu. 10. & 13. vol. 4. & conſ. 3. inter conſ. feud. diuerſ. Et Roland. conſ. 2. vol. 4. Et licet controuerſia ſit inter prædictos, tamen communis opinio, in hoc verſatur, Aut refectio ſit ad ornatum, & tunc non tenetur, Aut ad neceſſitatem, & tunc tenetur. Quam diſtinctionem ponit hìc, Iacob. Butrig. Et ſequuntur aliqui Doct. hìc, Et Barbat. d. conſ. 29. Et Rebuff. loc. cit. Et Anchar. in d. c. non minus, nu. 7. Et alij Doct. ex ſup. relatis. Verùm quod dictum eſt, quòd quando ſit ad neceſſitatem, teneatur, intelligas, ad neceſſitatem communem, laicorum ſcilicet, & clericorum, Et ita Iacob. Butrig. intelligitur, prout eum ita intelligunt, Aret. hìc, Et Rebuff. loc. cit. Et alij ex ſupradictis Doct. locis etiam cit. Vnde Anchar. dicit, poſſe tradi doctrinam generalem, quòd quotieſcunq; tractatur de communi vtilitate, clerici teneantur contribuere, Et ita fuiſſe obſeruatum teſtatur Guid. Pap. deciſ. 78. quem refert Rip. reſponſ. 168. nu. 6. vbi etiam habes alia, quæ ſpectant ad hanc materiam, Et facit ad hoc etiam quod dicit De Franch. deciſ. 9. incip. poteſt Princeps. nu. 3. quòd ſi Princeps tempore careſtiæ, mandet frumenta vendi viliori pretio, appoſita taxa, in tali taxa, & moderatione, veniant etiam frumenta clericorum, ad quod plura allegat, quæ vide. Et ex theologis, vide per Molin. diſput. 35.

con-

concluſ. 6. Vide etiam latè, in materia, Rip. de remed. præſerua. cont. peſtem, nu. 43. Caſſan. in cathal. glor. mundi, par. 12. conſider. 18. circa finem,& conſider. 69. in fine.Bal. in tit. de pace Conſtan. in verb. Munitionibus. Ozaſch. deciſ. 181. Et Conſilium Balbi, poſt eam. Suarez, comm. opin. tom. 1. de Deo,& Vniuerſ. eccleſ. cap. 16.

L. Priuilegia. Cyn. *Dicitur in l. iſta, quòd imperator priuilegia conceſſa Eccleſijs confirmat, concordat, &c*) Sed an talia priuilegia confirmata debeant denominari à confirmante, vel à primo concedente, vide per Cyn. in l. more maiorum, nu. 9. ff. de iuriſd. omn. iud. & ibi in addit. Et ibidem Bar. & alios, Et Rom. conſ. 98. quò ad id, Et Rip. reſponſ. 40. nu. 7. Quod facit ad quæſtionem An tutor datus in teſtamento, & confirmatus à iudice, dicatur datiuus, vel teſtamentarius, de qua Cyn. in l. neq; inf. de confirm. tut. & ibi in addit.

Cyn. *Et nota, &c. Circa legem iſtam, ſolet dubitari quid operetur iſta confirmatio.*) Vltra Doct. hic, vide per Dec. in c. 2. de confirm. vtil. vel inut. Et Hoſtienſ. in ſum. eo. tit. nu. 7. & in c. cùm acceſſiſſent; col. 1. de conſtit. Rip. reſponſ. 180. in cauſa. nu. 7. fol. mihi 129. Et an generalis confirmatio trahatur etiam ad priuilegia inualida, & nulla, vide in addit. ad Cyn. in l. cùm oportet inf. de bon. quæ liber. Et vltra ibi relatos, vide gloſ. in c. veniens, de tranſact. Et Bar. hic, in princ. Et Angel. in l. 1. nu. 5. ff. de ijs qui ſunt ſu. vel alie. iu. Et Corn. conſ. 25. attentis narratis, vol. 3. Et Alex. conſ. 1. nu. 35. vol. 5. Et Addentes ad cōſuet. Neapol in ꝓhem. fol. 12. in nouis. Qui omnes tenēt quòd non; Quod tamen intelligas quando confirmatio eſſet facta in forma communi, ſecundùm Alex. d. conſ. 1. Et Rip. reſp. 93. antiqui loci, fol. mihi 81. Secus autem quando eſſet facta ex certa ſcientia, ſecundùm gloſ. in d. c. veniens, Et Alex. d. conſ. 1. Et Dec. conſ. 341. viſo puncto, nu. 3. Et alios ibi per Dec. relatos, & in d. c. 2. nu. 6. Et Curt. Sen. conſ. 49. memoriæ recolendæ, nu. 78. Et Rip. reſponſ. 180. Licet contradicat Marc. Ant. de Amat. deciſ. 2. nu. 25. Vel quando adeſſet reſcriptum geminatum, quod habet vim clauſulæ *Ex certa ſcientia*, per ea, quæ dicit Bal. in l. nec dannoſa, inf. de precib. Imp. offer. & ibi in addit. ad eum, Et in addit. ad Iacob. Butrig. ibidem, Et Rom. in l. 3. §. hæc pœna, nu. 5. ff. quod

ff. quod quiſq; iu. Et in l. ſi vero. §. de viro. 31. fall. nu. 56. ff. ſol.mat. vbi notatu dignum exiſtimat, quia alibi ſe legiſſe non meminit, Quod tamẽ intelligas, quando in ſecundo reſcripto, fieret mentio de primo, ſecundùm eund. Bal. in l. 2. C. de petit. bon. ſubl. nu. 7. lib. 10. Et Iaſon, in l. nec damnoſa, ſup. alleg. aliàs ſecus. Et an verbum confirmo, ſimpliciter prolatum, intelligatur, in forma communi, vel ex certa ſcientia, Dec. in c. pen. nu. 5. de confir. vtil. vel inutil. Et Rip. d. reſponſ. 93. nu. 18. Et an ſufficiat exhiberi tantùm priuilegia confirmantia, & non confirmata, Alberic. in auth. ſi quis in aliquo, inf. de eden. col. 4. verſ. conſueuit dubitari, Et ibidem Iaſ. nu. 8. Et quò ad hanc materiam, vide Scipionem Rouitum, ſuper pragm. 4. ſub tit. de poſſeſſ. non turband.

L. generali. Nota in hac l. prout notat gloſ. codicillum, dictum in numero ſingulari, cui adde ſimiles textus, in l. iubemus, nulli, §. verùm, inf. eo. & in l. hac conſultiſſima. §. at cùm humana fragilitas, inf. qui teſt. fac. poſſ. & in l. non codicillum. inf. de teſtam. & in l. cùm proponatis, inf. de codicil. & in l. cùm antiquitas, inf. de teſtam. & in l. 1. §. ſancimus, inf. de latin. libert. toll. & in l. quicunq; inf. de letigioſ. & in l. manichæos, inf. de hæretic. & in l. fin. inf. famil. herciſc. Licet regulariter, in plurali numero, dici debeat, iuxta tex. in l. non eſt ſine liberis. ff. de verb. & rer. ſignif. Sic etiam, licet, liberi, in plurali numero, dici debeant, vt in d. l. non eſt ſine liberis, tamẽ in ſingulari etiam, dictum rep ritur, liber, pro filio, vt in l. ſi quis in ſuo, inf. de inof. teſtam. & in l. nunc autem, §. in illo, inf. de ſecund. nupt. & in §. hoc quoq; Inſtit. per quas perſ. nob. acq. ac etiam penes Iuriſconſultum Modeſtinum, in l. ius autem agnationis, ff. de pact. & ſecundùm quoſdam, apud Vlpianum, in l. nemo prædo. ff. reg. iu. quod tamen verum non eſt, quia aliter accipitur ibi, quàm pro filio, ſecundùm alios.

Auth. Ingreſsi.) An bona monachi, qui in vno monaſterio, fecit profeſſionem, & in alio, eiuſdem religionis, ea acquiſiuit, potius pertineant ad primum, quàm ad ſecundum. vide Triuiſ. deciſ. 30. incip. monachus, lib. 1. Vbi refert fuiſſe concluſum, pertinere ad ſecundum, in quo acquiſiuit bona. Et de materia huius legis, vide per Philip. Franc. in diſput. petitor. in 3. dub. in vol. 1. tract. diuerſ. fol. mihi 144. Et alios quos refer-

re poſſem, Verùm quia ſuper hac Auth. latiſſimam,ac doctiſſimam fecit repetitionem Regius Conſiliarius Carolus de Tapia,qui nihil reliquit,quod addere poſsim, ideo omninò vide per eum. Et vide D. de Franch. deciſ. 14.

Cyn. *Circa præmiſſa, &c. primo caſu, tranſit in eccleſiam, argum. &c. nam ex quo debetur reale ſeruitium, non eſt propriè feudum.*) Adde quòd ex his verbis Cyn. Alex. conſ. 9. nu. 7. & ſeq. vol. 5. per contrarium ſenſum, deduxit, Cynum voluiſſe, vt quando præſtatur iuramentum fidelitatis, ſit propriè feudum, quamuis ſeruitium ſit reale; ſed ſi bene conſideretur, nunquam id ſenſit Cyn. ſed illud tantùm apertè voluit; vt cùm ſeruitium eſt reale, feudum ſit improprium. Et ita ſentit Menoch. conſ. 65. niſi certò ſcirem, nu. 46. & ſeq. vol. 1.

Auth. Siqua mulier) Per hunc tex. quem mirabilem appellat Iaſ. hìc, confunditur, ſecundùm eum, regula illa, quòd ſtatutum non poſſit habilitare perſonam inhabilem, non ſubditam ſtatuentibus; cùm oppoſitum clarè oſtendatur in hac Auth. Verùm licet Iaſ. tantùm commendet hunc tex. pro confuſione dictæ regulæ, tamen Hippolit. de Marſ. in repet. l. fin. nu. 93. ff. de iuriſd. omn. iudic. aliam aſſignat reſponſionem, & miratur de Iaſ. hìc, intelligendo hanc Auth. in monacha tantùm, & nondum profeſſa, & ſic non in inhabili, licet Bar. & alij hìc, & Barbat. conſ. 38. difficile eſt, nù. 9. vol. 3. etiam in profeſſa intelligant, nam eos diuinare dicit, & contra tex. in Auth. præced.

Cyn. *Sed pone quòd non habet liberos, &c.*) Adde quòd communis opinio eſt contra Azon. hìc, & gloſ. ſcilicet quòd Auth. hæc, licet loquatur in deſcendentibus, tamen porrigenda ſit etiã ad aſcendentes, & ſic parentes, ex identitate rationis, ſecundùm Alberic. hìc, in fine, Et Bar. nu. 18. Et Paul. de Caſt. vbi communem dicit, nu. 5. Et alios ſcribẽtes hìc, & in c. in præſentia, de probat. Vbi Abb. nu. 53. Et Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 2. cap. 9. nù. 64. fol. mihi 298. vbi etiam communem dicit, & alios allegat.

Cyn. *Vlterius quæro.*) Quòd legitima non ſit danda filio, niſi poſt mortem naturalem patris ingreſsi monaſterium, tenent communiter legiſtæ, hìc, & Alex. in l. ſi cùm dotem, in princ. ff. ſol. mat. Et Iaſ. in auth. ingreſsi, nu. 44. ſupra, eod. vt etiam refert

Surd.

Surd. conſ. 238. Doctores,nu. 10. vol. 2. Et quando mors ciuilis æquiperetur naturali,vide in l. Deo nobis, infra,de epiſ. & cler. in addit. ibi ad Cyn.

L. Iubemus. Hic tex. ibi, *Annonas ciuiles*, adducitur in argumentum ab Iſer. in Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ, in verb. tranſactionis, quòd remiſſio reddituum feudalium, vt gallinarum, & ſimilium, ſit prohibita, ſine aſſenſu Regio, ſicut eſt prohibita alienatio reddituum eccleſiaſticorum. Per hunc tex. etiam in §.ſanè,ibi, *economis*. cum Gloſ. deciditur quæſtio p Bartholom.de Capua,in addit.add.Conſtit.Conſtitutionem diuæ memoriæ, in princ. quòd creditor, cui mediante aſſenſu, vel legis, vel hominis,ſunt obligata feuda, ſi poſtea alienentur, ſine aſſenſu, poterit alienationem reuocare, quemadmodùm & ipſe dominus alienans,ſicut etiã alienationem rerum eccleſiaſticarum poſſunt reuocare, non ſolùm economi, ſed etiam parochiani, vel patroni,vt hìc.

Auth. hoc ius porrectum. Iuxta hanc auth. quæras,in quibus caſibus quis teneatur probare pecuniam mutuatam, verſam in vtilitatem eccleſiæ, & quomodò probare poſſit. De quo vltra Doct. hic, vide per ſcribentes,in l.ciuitas,ff. ſi cert. pet.Et Bal.conſ. 353.ſicut ciuitas, vol. 3. Et Signorol.conſ. 212. quidam abbas; Et latè per Menoch.de arbitr. iud. lib.2.centur. 5. caſu 432. Vbi plenè,an poſſit probari per coniecturas, & ibidem quaſdam refert coniecturas, & præſumptiones. Inter eas autem quæ faciunt præſumi contractum factum in vtilitatem eccleſiæ, eſt illa, quòd contractus fuerit factus cum decreto iudicis, iuxta id,quod dicit Bal. in cap. 5. col.2. verſ. quærit Iacob. in tit. de ijs qui feud. dar. poſſ.in vſ.feud.Cuius dictum ſequuntur Curt. Iun. conſ. 19. viſo, ac diligenter conſiderato, nu. 6. verſ. minùs etiam obſtat. Et Iaſ. in l. pacta nouiſſima, nu. 8. inf. de pact.Et ibidem in addit. ad Alex. Et Dec.conſ.53.placet mihi,nu.3.Et cõſ.209.in caſu propoſito,nu.2.Et cõſ.479.nu. 5.Et in c. quoniam contra, nu. 42.de probat. Non minùs etiam facit præſumi contractum factum in vtilitatem eccleſiæ, diuturnitas temporis, ſecundùm Dec. conſ. 36. pro tenui facultate, col. 5. nu. 8. Et Anchar. conſ. vlt. primò eliciamus, col. 8. nu. 7. Verùm dictum conſ. non eſt

eſt Anchar. ſed adeſt inter ipſius cõſilia, loco cit. Et Crauet. in tract. de antiq. temp. par. 3. ſectione, vidimus in genere, nu. 26. fol. mihi 174. Et quæ dicatur diuturnitas temporis, vide per Crauet. in d. tract. par. 1. in princ. nu. 2. & ſeq. fol. mihi 3. & alios relatos ibi per eum, & per me, in addit. ad Cyn. in l. 1. inf. de vſur. Reſcriptũ Papæ permittens res eccleſiæ alienari, ex cauſa neceſſitatis, non extenditur, vt poſſint alienari, ex cauſa vtilitatis, Affl. in conſtit. Iuſtitiarios, nu. 6. ſub tit. de off. magiſt. camerar. Et an eædem ſolennitates requirantur in tranſactione rerum eccleſiæ, Menoch. conſ. 73. quæ ſubtili, vol. 1. vbi multos allegat, Et in materia alienationis, idem Menoch. conſ. 79. non eſt leuis, eod. vol. Surd. conſ. 245. quamuis, vol. 2. Latè Redoan. in ſuo tract.

Cyn. *Sed pone, eccleſia habet nomina, nunquid inter mobiles, vel immobiles, &c.)* Adde an computentur nomina debitorum inter mobilia, vel immobilia, vel conſtituant tertiam ſpeciem, vltra Cyn. & Doct. hìc, Bar. in auth. de non alien. in princ. Et Alciat. in l. mouentium, ff. de verb. ſignif. Et And. Gail. pract. obſer. lib. 2. obſer. 11. Et Pet. Fran. Anchar. pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 25. Et Cagnol. in l. fin. nu. 257. inf. de pact. Et latius Tiraquell. in tract. lignag. §. 1. gloſ. 7. nu. 9. & ſeq. fol. mihi 53. & in l. ſi vnquam, in verb. bona, nu. 8. inf. de reuoc. donat. Sed actio inter quæ computetur, vide Bar. Cagnol. & Tiraquell. loc. citat. Et Pinell. in rub. de bon. mater. par. 1. nu. 24. & alijs. Item annui redditus, inter quæ computentur, vide in l. ſciendum, ff. qui ſatiſd. cog. & ibi in addit. ad Cyn.

Cyn. *Quintò quæro.)* Præter alios Doct. hìc, vide per Rom. conſ. 440. non eſt dubium, vbi in tribus caſibus tantùm, dicit neceſſarium eſſe, probare prætium verſum in vtilitatem eccleſiæ, in mutuo ſcilicet, & depoſito, & quando res eccleſiæ, pro ipſius debito, venditur, Vnde ſecus quando ex alia cauſa, venderetur, ſecundùm Innoc. in c. 1. depoſ. quem ſequuutur ibidem Ant. de But. nu. 13. Et Imol. nu. 17. quos refert, & ſequit̃ Dec. conſ. 36. & pro tenui, nu. 8. vbi communem opinionem dicit, & alios refert, Idem Surd. vbi alios allegat, deciſ. 156. incip. egregia orta eſt, nu. 9. Sed præſuppoſito, quòd hoc caſu etiam, quis teneatur, intelligas tamen non eſſe neceſſarium probare per euidentiam, ſed ſufficere probationem per coniecturas, ſecundùm Angel. quem refert, & ſequitur Dec. d.

conſ.

conſ. 36. nu. 8. Coniecturas autem habes per Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 5. caſu 432. Et aliquas ipſarum, in princ. huius auth. relatas inuenies, Vide etiam Molinam, de primogen. Hiſpan. lib. 4. cap. 4. nu. 23.

Auth. Sicut.) Auth. hæc ſecundùm Bal. & Paul. de Caſt. & Salic. hìc, facit ad illam quæſtionem, ſi eccleſia adijt hæreditatem damnoſam, ſine confectione inuentarij, an teneat aditio, & ſi tenet, an teneatur vltra vires hæreditatis; De qua quæſt. vide per præfatos, & præcipuè Bal. qui videtur aſſerere, quòd ſi eccleſia teneretur vltra vires, non valeret aditio, per hanc auth. Ideo ipſe concludit, quòd teneat aditio, ſed non teneatur vltra vires, quod dictum, ſequitur hìc Paul. de Caſt. Sed an verum ſit, vide per ſcribentes, in l. fin. §. fin. inf. de iur. deliber. Et Bar. in l. 1. nu. 45. ſup. eod. tit. Et Salic. in auth. ſed cùm teſtator, nu. 7. inf. ad leg. falcid. & Sebaſt. Monticul. in tract. de inuentar. hæred. quæſt. 5. nu. 12. fol. mihi 27. Et Roland. in ſuo tract. de inuentar. confic. quæſt. 12. nu. 2. fol. mihi, 13. Communis tamen opinio eſt, ſecundùm Iaſ. in d. l. fin. quòd teneatur vltra vires, & idem inquit etiam Roland. loco cit. Et vide allegatos per ipſos, Habet tamẽ reſtitutionem in integrum, ſecundùm Iaſ. loco cit. licet Salic. hìc, aſſerat, quòd abſq; quòd petat reſtitutionem in integrum, poſſit dimittere ipſam hæreditatem, Et vltra allegatos, vide ex recentioribus, Aluar. Valaſc. deciſ. Luſitan. 52. incip. quotidianæ, nu. 47. vbi videtur inclinare in eam partem, quòd non teneatur vltra vires.

Cyn. *Et nota quòd hic, loquitur de tali re ſterili, cuius onus aggrauat.*) Adde quòd tex. in §. ſicut, Auth. de non alienan. vnde hæc auth. deſumitur, videtur expreſsè probare hoc dictum Cyni, quòd ſcilicet ſit prohibita acquiſitio rei ſterilis, quæ eſſet nociua eccleſiæ. Item addè quòd ſecundùm Doct. hìc, & in locis infra citandis, ſi eccleſia haberet talem rem nociuam, eam poſſet alienare, abſq; aliqua ſolennitate. Sed an idem in minore, vt poſſit etiam abſq; ſolemnitate, Gloſ. in l. ob æs. inf. de præd. minor. & in l. ſi fundus ſterilis, ff. de reb. eor. dicit, quòd non, Et eam ſequuntur multi relati per Iaſ. in l. mandata, nu. 10. ff. de offic. eius, Et ratio differentiæ traditur ibi per Iaſ. nam ideò eccleſiæ permittitur, quia cùm eccleſia nunquam poſſit

effici maior, lex facilius, in ea, diſpenſauit, ſecus in minore, qui poteſt effici maior, & poſtea poterit alienare. Quæ ratio reprobatur à Surd.deciſ.278.concluſum fuit,nu.20.quia non tractatur,an poſſit alienare,ſed an poſsit abſq; ſolẽnitate, vnde dicta ratio Iaſ.nõ eſt ſufficiẽs,quia ſimiliter deberet requiri decretum in alienatione rei eccleſiæ, cùm ipſa poſſet inſtare pro interpoſitione, ſicut & minor, Præterea alienatio rei ſterilis nociuæ, permittitur eccleſiæ,eius fauore,ne ſcilicet ſit in damno,quæ ratio militat etiam in minore. Vnde contrarium tenuit gloſ. in d.l.mandata, Et eam ſequuntur alij relati per Iaſ. hìc,De qua,vide Affl. deciſ.87.magnum dubium, Et Pinell.in l.1.inf. de bon. matern, par.3.nu.31.Et vide Vincent, de Frãch.deciſ.35.in cauſa,nu.6.Itẽ vide meritiſſimum Conſiliarium à latere,Ioan.Franciſ.de Ponte,conſ.1.nu.101.

Auth. Qui res, Per hunc tex. & alia iura ſimilia, decidit Gloſ.in Conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ, verb. nullam, quòd emptor rei feudalis,abſq; aſſenſu,ſcienter, non recuperet pretium,

Auth, ſi quas.) Hic ponitur vna fallentia ad regulam firmatam in præcedentibus auth. quòd alienatio rerum eccleſiæ, non valeat, nam fallit, vt hìc, quando ſcilicet ipſa alienatio eſt vtilis ipſi eccleſiæ, Quod amplia,vltra Cyn. & alios hìc, vt nedum hoc verum ſit,quando realiter expedit ipſi eccleſiæ, verùm etiam,quando non expedit, ſed tempore, quo fuit facta, communiter reputabatur vtilis, nam tunc tenet alienatio, licet poſtea, ſi ſit læſa, poſſit petere reſtitutionem, ſecundùm gloſ. in c. cùm apoſtolica,verb. profuturum, de ijs quæ fi. à præl. arg. tex. in l. tutor qui repertorium,§. 2. ff. de adminiſt. tut. De qua gloſ. facit magnum feſtum ibi Anton. de But.Et vide gloſ. in c. ſeq.in verb.dubium,eod.tit. quæ allegat alium tex. in l. verùm, §. ſi locupleti, ff. de minor. & facit tex. in l. quid ergo, §. ſufficit. ff. de contrar. act. tut. & tex. in l. cùm plures,§. 1. ff. de adminiſt. tut. Et ipſam glo.pro ſingulari,ponit Anton.Corſet.in ſingularibus ſuis,& propriè,in verb.alienatio, incip. ſi prælatus, fol. mihi 2. à ter. Et an, & quando contractus factus de re eccleſiæ, ſine aſſenſu,valeat, vide latè per Dominum de Franch. deciſ. 35. in cauſa. Itẽ an,& quando ex

do ex diuturnitate temporis,præſumatur aſſenſus Pontificis, & omnia ſolenniter acta, Affl. deciſ. 107. vbi Vrſill. Et an alienatio,facta vltra ſolitum, valeat, ſaltem ſecundùm ſolitũ, Affl. ibidem, quòd non.

Cyn. *Quæritur,hic dicitur in perpetuam emphiteuſim. Nomen perpetuum eſt.*) Qualiter accipiatur hoc nomen perpetuum, & quid in conceſſione rerum eccleſiæ in emphiteuſim, in perpetuum, vide poſt Cyn. hìc,Napodan. in prohem. Caroli,ad conſuet. nu. 11. fol. 13. Et quomodò res eccleſiæ concedantur in emphiteuſim, Affl. deciſ. 100. & 107. vbi Vrſill. De quo etiam gloſ. in conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ,in verb.iure proprio,in fine.

L.Illud. Cyn. *Secundò quæro.*) In hac quæſtione,triplex opinio reperitur. Vna eſt,quòd poſſit donari, ipſi eccleſiæ,à priuato,tantum, quod non excedat ſummam octingentorum ſolidorum, Quam opinionẽ tenet gloſ.hìc,& in l. ſancimus,in verb.quingentorum, inf. de donat. & Archid. in can. ego Ludouicus, nu. 3. diſt. 63. & Bal. in c. peruenit,2. nu. 4. de iureiur. Altera opinio eſt, quòd poſſit donari ipſi eccleſiæ quantũcunque, ſine inſinuatione.Quam tenet Specul. in tit. de inſtrum.edit. §.porrò,in fine.Et ibi Io. And. in addit.Et Bal. hìc,nu. 6. Et Rom.in l. Modeſtinus, nu. 10. ff. de donat. Et Iaſ. conſ. 169. Redemptoris crucifixi, nu. 14. lib. 4. Et Ruin. conſ. 182. ex themate propoſito, nu. 13. vol. 1. Et hanc opinionem dicunt communem,Iaſ. & Ruin.ſup. alleg. Et Franciſc. Viui. lib. commun. opinion. in verb. donatio, Et Tiraquell. in tract. de priuileg. piæ cauſæ,priuileg. 124.Et Ant. Gab. lib. commun. opin. in tit. de donat. concluſ. 1. nu. 28. Contra hanc autem opinionem ſentiunt allegati in præcedenti opinione, & in ſequenti. Tertia opinio eſt, quòd non poſſit donari ipſi eccleſiæ, vltra quingentos ſolidos, abſq; inſinuatione, Quam tenent, Cyn. hìc, Et Bal. Io. Fab. Pet. de Bellapert. Iacob. Butrig. Paul. de Caſt. Salic. & Alberic. Et hanc opinionem dicit magis communem, apud Ciuiliſtas, Rom. in d. l. Modeſtinus, nu. 11. ſed apud Canoniſtas,dicit Rom. magis receptam eſſe opinionem Specul. Quod, & mihi verum videtur, nam vltra allegatos, qui ſentiunt contra dictam opinionem Specul. addere poteris gloſ. in §. Sinimus igitur, in verb. firma, in auth. de non alienand. aut permut.

mut. reb. eccleſ. Et ibidem Bar. Et Angel. in d.l. ſancimus, in fine,& in l. fin.eod. tit.

L. Sancimus.) Adde ad hunc tex. vltra Doct.quos hic vidi,ſi res, tempore quo petitur, non ſit deſtructa, vel deteriorata, ſed poſtea, lite pendente, deterioretur, an poterit ſequi condennatio, ſuper æſtimatione, ſine noua petitione, de quo vide Alberic. in l. cùm quidam, inf. de fideic. libert. Et faciunt dicta per Doct. in l.damni infecti, §. Sabini, ff. de dam. infect. Et per Bal.in ſua pract. in tit.de libel. crimin. quæſt. 8. Adde etiam ad hunc tex. qualiter bona captiuorum ſint alienanda, pro ipſorum redemptione, D. de Franch. deciſ. 190.

Auth. præterea. Ad gloſ. huius Auth. in verbo, conflata, quomodò hæc verba ſint interpretanda, doctè Ferandus Adduenſ. explicat. iur. lib. 2. cap. 1.

L. Sancimus. De ratione huius legis,in fine,ibi, *quæ oportet*, &c. Connan. commentar. iur. Ciui. lib. 1. cap. 9. fol. mihi 38. lit. F.

L. Vt inter Diuinũ.) De intellectu huius legis, vide Philipp. Franc. diſput. petitor. nu. 19. fol. mihi 146. in vol. 1. tract. diuerſ. Et Pinell. in repetit. auth. niſi tricenale, nu. 57. & ſeq. C. de bon. matern. fol. mihi 655. & ſeq. Et in quibus caſibus limitetur, vide Alex. conſ. 16. in cauſa, & lite vertente, nu. 24. vol. 5. vbi plures tradit limitationes, Quas refert, & ſequitur Francis. Balb. in tract. præſcript. in 3. par. quintæ part. princip. verſ. & primò quæro, nu. 3. fol. mihi 430. An hic tex. habeat locum in recognitione, & confeſsione facta, puta ſi quis abſens ab eccleſia, confeſſus ſit aliquid eſſe eccleſiæ, & quid ſi pluries ita confeſſus fuerit, an per hoc, videatur probatum dominium eccleſiæ, vide Affl. deciſ. 164. in cauſa monaſterij, vbi dicit fuiſſe concluſum, quòd ſic. Vide ad declarationem huius legis, quando contractus eſſet conditionalis, Ruyn. in l. ſi is qui ꝑ emptore, ff. de vſucap. vbi Sebaſt. Maſſa, nu. 179. & 180. Et an ſicuti, quando eccleſia emit, competit ei hypothecaria, pro conſequenda re empta, vt hic, ita etiam competat hypotecaria, pro conſequendo pretio rei venditæ, de quo fidem habuit, vide Affl. in conſtit. Conſtitutionem

diuæ

diuæ memoriæ, nu. 78. lib. 3. vbi dicit quòd ſic, per tex. in l. quidam, ff. de in rem verſ. Et de ratione huius legis, in fine, ibi, *hæc autem omnia*, &c. vide Connan. commentar. iur. ciuil. lib. 1. cap. 9. fol. mihi 38. lit. E. Et an hæc lex habeat locum in fiſco, ciuitate, & Principe, vt gaudeant præſcriptione centum annorum, vltra Doct. hìc, & Peregrin. de iu. fiſci, lib. 6. tit. 8. vide Andr. Fachin. controuer. iu. lib. 8. cap. 3. vbi in fiſco, & ciuitate, concludit quòd non, in Principe verò diſtinguit.

Cyn. *Tertiò, quòd vita hominis longæua, eſt centum annorum*.) Bene notat hoc Cyn. ex hac lege, licèt ab aliquibus, tex. hìc, allegari ſoleat, ad oſtendendum, quòd quis præſumatur viuere vſq; ad centum annos, ſed malè, cùm tantùm hìc probetur, quòd vſq; ad illud tempus, quis viuere poſſit, & quòd vlterius viuere non præſumatur, non autem quòd vſq; ad illud tempus viuere dicatur, ſecundùm Coraſ. lib. 5. miſcellan. iur. cap. 18. vbi etiã multa de ſpatio vitæ hominis, Ad quod faciunt dicta per Bar. in l. ſiquidem, ff. ſol. mat. Et quòd hoc verius ſit, vide per Ant. Gabr. lib. 1. commun. concluſ. in tit. de præſumpt. concluſ. 16. vbi multos allegat, ita tenentes, Et vltra ipſum, vide Couar. lib. 2. variar. reſolut. cap. 7. nu. 6. verſ. vnde licèt poſſibile ſit, vbi crebriorem opinionem dicit, agenti, vel excipienti, incumbere probationem vitæ, vel mortis, quoties ea eſt fundamentum actionis, vel exceptionis, Et vide ex recentioribus, Hieron. Magon. deciſ. Lucenſ. 44. incip. agebat Martinus, nu. 12. & in addit. ibi. Vide Pinell. in l. 2. par. 3. cap. vlt. nu. 33. inf. de reſcin. vendit. Et multa de ſpatio vitæ hominis, Ferandus Adduenſ. explicat. iur. lib. 2. cap. 2. in princ. vbi declarat etiam quid veniat appellatione Xenonum, de quo verbo, in hac lege, ſit mentio. Et an legatum annuum, in perpetuum, debeatur, elapſo ſpatio centũ annorum, vide Surd. conſ. 123. exigeret præſens, nu. 3. & 16. vol. 1. vbi concludit quòd non, & multos allegat, pro, & contra.

Cyn. *Secundò, quæro, in quibus, priuilegiat Imperator eccleſias, &c.*) Adde quòd communis opinio, eſt contra Cynum, hìc, vt per gloſ. Odoff. Bar. & alios, quos refert Andr. Fachin. controuer. iu. lib. 8. cap. 37. Ipſe tamen ibi, Cyni opinionem ſequitur, atq; tuetur.

Auth. quas actiones. Cyn. *Primò quæro, quomodò ſe habeat ad l. Codicis, &c.*) Vi-

E de

de latè per Pinell. in auth. niſi tricenale, inf. de bon. matern. nu. 57. & ſeq. fol. mihi 655. & ſeq. verſ. maior difficultas, quo loci, concludit, quòd hæc auth. & Auth. vt eccleſia Romana, ſint correctæ, per Auth. hæc conſtitutio, & ita hodie, de iure ciuili, tàm contra eccleſiam Romanam, quàm contra omnes alios, ſufficiat quadragenaria præſcriptio, contra opinionem Bar. & aliorum, cùm Auth. vt eccleſia Romana, in omnibus eccleſijs loquatur, ac etiam, cùm expreſsè d. Auth. corrigatur, per Auth. hæc conſtitutio, & per rationes, ab ipſo allegatas, Et idem videtur ſentire Cyn. hic. Et Cuiac. lib. 5. obſeruat. cap. 5. Opinionem tamē communem quòd, etiam hodie, eccleſia Romana gaudeat centenaria perſcriptione, latè contra Pinell. & alios, defendit Andr. Fachin. lib. 8. controuer. iu. cap. 3. Sed reſpectu fiſci hodie, de iure conſtit. Regni, præſcriptio quadragenalis, & ſexagenaria, prorogata eſt, vſq; ad centum annos, vt in Conſtit. quadragenalem, lib. 3.

Cyn. *Secundò quæro.*) Cōmunis opinio eſt, quòd in correctorijs non poſſit fieri extenſio, ex identitate rationis, vt per Doct. hic, & Curt. Sen. conſ. 9. Ticinenſi ſtatuto, nu. 2. Et Doct. in auth. ſed cùm teſtator, inf. ad l. falcid. & in l. Marcellus, ff. ad Trebell. Quam cōcluſionē amplio, & primò vt nō ſolùm nō poſſit fieri extenſio, ex rationis identitate, ſed nec etiam ex maioritate, ſecundùm Iaſ. hic, nu. 21. & alios per ipſum alleg. Item ſecundò amplio, vt non ſolùm procedat in correctorijs, verùm etiam in pœnalibus, & odioſis, ſecundùm opinionem communem, vt videre poteris per Franciſ. Viu. lib. com. opin. in lit. E. in verb. extenſio, nu. 1. Sed eandem concluſionem limito ſecundùm Cacheran. deciſ. Senat. Pedam. 147. Et Doct. in d. Auth. ſed cùm teſtator, & in d. l. Marcellus, Et Iaſ. in l. cum quidam, ff. de liber. & poſth. Et eundem hic, latè, nu. 22. quem omninò vide, quia notabilia dicit.

Cyn. *Quartò quæritur.*) An, & quando priuilegiatus admittatur, contra alium priuilegiatum, vltra Cyn. vide per Doct. hic, Et in auth. qui rem, ſup. eo. tit. Et in l. 1. inf. ſi aduerſ. fiſ. Et Hippolit. de Marſ. ſingul. 99. incip. priuilegiatus, Et Iacob. Butrig. in l. vnica, inf. de priuileg. dot. Et Barbat. conſ. 15. Deum inuocent adiutorem, nu. 8. & alijs ſeq. vol. 3. Surd. conſ. 221. ſuper proceſſu, nu. 43. & ſeq. vol. 2.

Cyn. *Quintò quæro, quid ſi, &c.*) Adde Doct. & præcipuè Iaſ. hic, Et hæc quæ-

quæſtio, facit ad aliã quæſtionem, an pactum factum cum aliquo, quòd liceat ingredi poſſeſsionem, propria authoritate, ſi poſſeſsio fuerit translata in eccleſiam, poſsit exerceri contra ipſam eccleſiam, non obſtante quòd velit vti priuilegio ſuo, ſcilicet quòd contra ipſam non poſsit exerceri, etiam quòd cum ea fuerit cõuentum (præſuppoſita opinione Innocentij, in c. verum, de for. compet. Quæ ſi vera ſit, vide per Doct. in l. creditores, inf. de pignor. Et Doct. in d. c. verum, Et Paul. de Caſt. in auth. multò magis, ſup. eod. Et Tiraquel. in ſuo tract. de retract. conuen. ad finem tit. nu. 14. fol. mihi 688.) De qua quæſtione, vide per Bar. in d. l. creditores, nu. 21. vbi ſe remittit ad dictum Cyn. hìc, Et eundem Bar. in l. ſi quis curialis, in fine, tit. prox. Et ibidem Salic. Et in addit. ad Iacob. Butrig.

DE EPISCOP. ET CLER.

L. Omnis. Cyn. *Vnde ſi fieret ſtatutum, &c. non tenentur clerici vendendo vina, vel frumenta, &c.*) Adde cap. Regis Caroli II. in ordine 98. incip. item ſtatuimus, vbi præcipitur, clericum, pro bonis patrimonialibus, immunem eſſe à collectis, ſi tamen clericaliter viuat, vt ibi, Et in cap. 200. incip. priuilegia. Et an in alijs caſibus, ſit etiam priuilegiatus, pro bonis patrimonialibus, vide per Doct. in c. eccleſia Sanctæ Mariæ, & præcipuè Dec. nu. 18. de conſtit. Et pulchrè per Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 4. nu. 3. quo loci, diſtinguendum eſſe dicit, nam aliud eſt quærere, an priuilegia conceſſa, bonis eccleſiæ, extendantur ad bona patrimonialia clericorum, & aliud, an priuilegia conceſſa clericis, extendantur etiam ad ipſorum bona, & ideò male, hæc duo, miſceri à Dec. dicit, Et ibidẽ vide quid in clerici patrimonio, ad cuius titulum, ſacros ordines recepit, an extendatur priuilegium conceſſum bonis eccleſiæ, Et an variatio fori concedatur clerico, pro bonis patrimonialibus, ſicut pro bonis eccleſiæ, eſt Ritus Magnæ Curiæ 229. vbi Carau.

L. ſi quis non dicam rapere. Adde conſtit. Regni, ſi quis rapere, & conſtit. capita lem pœnam, Et ibi ſcribentes.

Cyn. *Ex iſta l. reſultat illud notabile generale, quòd cadit in Brocardũ, punitur affectus, licet non ſequatur*

ſequatur effectus.) Circa notabile hoc, vide eundem Cyn. in l. 1. ff. quod quiſq; iur. Et alios Doct. hìc, & in l. is, qui cum telo, inf. ad l. Corn. de ſicar. Et Doct. præcipuè Angel. Aret. in §. ſed ſi credat, Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſc. Et doct. præſertim Hyppol. de Marſ. in l. qui falſam, inf. ad l. Corn. de ſicar. Et Bal. in l. 3. inf. de ſeru. fugit. Et latius per Felyn. in ſuo tract. de conatu; Et non minus, per Menoch. in tract. de arbitr. iud. lib. 2. caſu 360. Et vide Affl. deciſ. 276. Et Pet Bellug. in ſuo ſpecul. princ. rub. 27. in §. milites, nu. 35. & ſeq. fol. mihi 147. Et Pet. de Bellapert. in l. præſenti lege, col. 1. inf. de ijs qui ad eccleſ. confug. Et Grammat. deciſ. 2. Franciſchella. Et latè per allegatos per Theodor. Petreum, poſt opus Suarez, concluſ. controuerſ. concluſ. 86.

Cyn. *Sed nonò, circa hoc oppono, &c. quia membri abſciſsio eſt capitalis pœna, &c.)* Membri abſciſſio, an ſit capitalis pœna, vltra Cyn. hìc, adde eundem Cyn. in l. tranſigere, in verſ. tertiò quæro. inf. de tranſact. vbi dicit numerari inter capitales pœnas, & hoc, inſpecto iure nouo, per tex. in auth. ſed hodie, inf. de ſeru. fugit. licet Io: Faber. in §. publicorum, inſtit. de publ. iud. aſſerat non connumerari inter capitales pœnas, quia in toto lib. Digeſtorũ, non reperitur poſita hæc pœna; Sed Cyn. loquitur inſpecto iure nouo, Et idem Affl. in Conſtit. grandis, nu. 4. lib. 2. vbi allegat Cyn. hìc, Et adde capitul. Regis Caroli II. incip. ſiue quis ſit forbannitus.

L. Nec honore. Cyn. *Et idem dicit Pet. in omnibus egregijs perſonis, ad quas iusiurandum mittitur, quòd tali priuilegio renunciari non poſsit, quia, &c.)* Adde ad hoc dictũ Cyni, ſcilicet quòd renunciari non poſſit, Roman. ſingul. 169. incip. tu audiuiſti, Et Felyn. in c. ſi qui teſti, ſub nu. 3. de teſt. Gomeſ. in c. mulieres, nu. 46. cum ſeq. de iudic. in 6. Et Carauit. ritu 142. nu. 10. Et quòd epiſcopus non debeat venire ad curiam, ad deponendum, concordat l. ad perſonas. ff. de iureiur. vbi ſecundùm gloſ. ad alios, vltra epiſcopum, extenditur, Et adde d. rit. Magnæ Curiæ Vicariæ 142. incip. item quòd non audiantur, extendentem hoc, ad mulieres, & alios, de quo, latè vide per Carauit. ibi.

L. Si quis in hoc genus.) An diſpoſitio huius legis habeat locum quando delictum eſſet commiſſum in atrio ipſius eccleſiæ, &

non

non intus, faciunt dicta per Affl. in conſtit. Regni incip. multæ leges, col. 2. Et per Clar. in ſua pract. in verb. ſacrilegium, Et per Alberic. hìc, Per quorum dicta, videtur dicẽdum, quòd ſic, Sed D. de Franch. deciſ. 402. incip. indulgentia, concludit contra, per dicta, per Alex. conſ. 137. in cauſa, & lite vertente, nu. 11. vol. 2. Et per tex. in l. 1. §. in flumine, ff. de flumin. De intellectu, & materia huius legis, vide per Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 4. caſu 389. nu. 3. fol. mihi 635. Et quomodò intelligatur hæc lex, cum auth. ſeq. vide Teſſaur. deciſ. 224. incip. baiulo, Et quæ pœna veniat irroganda ſacrilegis, de iure Regni, vide in d. conſtit. multæ leges, ſub tit. de arbitrio Regis.

L. in eccleſijs. Ad hanc legẽ, dũ dicit, quòd ad eccleſiam ſunt promouendi illi, qui ſunt de illa ciuitate, adde quod, ꝑpter hoc, dicit Abb. per gloſ. ibi, in c. pen. de reſcript. quòd impetrans beneficium, debet exprimere, ſi ſit oriundus de illa ciuitate, in qua impetrat beneficium, aliàs gratia ſurreptitie dicatur obtenta, Quam gloſ. ſignandam dicit Abbas, quia alibi hoc ſcire nequiuit, Et ipſius gloſ. dictum ſequuntur Ioan. And. ibidem, Et Ioan. de Imol. nu. 4. Et Barbat. conſ. 57. mihi videtur, col. 1. nu. 1. & eod. vol. conſ. 23. capio primum, nu. 5. Et Dec. cõſ. 541. viſa donatione, nu. 15. Licet Anton. de But. & Hoſtienſ. ibidem, diſcrepare videantur. Item Adde, quod dicit Benedict. in c. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, nu. 483. quòd ideò potius ſunt promouendi oriundi, quàm externi, quia ipſi oriundi contribuerunt in fundandis ipſis beneficijs, quod non faciunt externi, ac etiã (vt ipſe dicit nu. 489.) quia ipſi oriundi, melius cognoſcunt clericos, & alic s, & eorum conſcientiam, quam externi, & ideo eſt veriſimile, quòd melius etiam ſe gerent circa curam animarum, & alia, quæ pertinent ad eorum officium. Item Adde quod dicit Bar. in l. 2. per illum tex. C. de annon. ciuil. lib. 11. ſcilicet quòd officiales poſiti ſuper faciendis eleemoſinis publicis, nõ debeãt eas dare pauperibus extraneis, Quod dictum ſequitur Hyppol. de Marſ. in repet. rub. ff. de fideiuſſ. nu. 264. & idem in repet. l. fin. nu. 168. ff. de iuriſd. omn. iud. Et quamplures alij etiam ſequuntur. Adde etiam quod dicitur in l. ſi quis ad declinandam, §. ſin autem nullus, inf. eo. vbi habetur quòd

F quan-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quando relinquitur hæreditas,vel legatum pauperibus,intelligendum ſit de illis,qui ſunt eiuſdem loci .Et quod dicit tex. in l. quæ conditio,§.cùm ita,ff.de condit. & demoſt,vbi ſi teſtator iubeat aliquid fieri,in foro,intelligitur de foro domicilij, Et per illum tex. dicit Paul. de Caſt. ibi,quòd executor debeat diſtribuere bona teſtatoris,pauperibus loci ipſius teſtatoris, non autem extraneis,Et idem dicit etiam Anchar.conſ. 214.nu.12.Quod an verum ſit,dicemus infra,in l.captatorias, de teſtam. milit. Adde etiam quæ dicunt Abb. in c. cùm ad decorem, nu. 4. de inſtit. Et Barbat. d. conſ.57.Et Dec. d. conſ. 541. & ſeq. retenta concluſione, nu. 13. Et Hippol. de Marſ. in l. de minore, §. plurium, nu. 31. & ſeq. ff. de quæſt. & in d. rub. de fideiuſſ. nu. 262. & ſeq. Et Barbat. conſ. 23. capio primum, nu. 5. & ſeq.vol. 1.Et Foller. in conſtit.iuſtitiarij, nu. 10. & ſeq. fol. mihi 161.Et Ioan.Vincent.de Anna, allegat. 57. vol. 1. Nec non adde tex. in c. fin. de cler. peregrinant. & in c. licet , in fine, de ferijs, & in can. nullus inuitus, 61. diſtinct. & in can. hortamur, 71. diſtinct. Quorum dicta vide per te, quia referre longum eſſet, & bene faciunt ad materiam huius legis.

L. Quicunque. Ad finem huius legis,vbi,ſupplicans Principi,pro crimine hic expreſſo,in eius indignationem incidit,adde ſimilem tex. in l. quiſquis,§. deniq; inf. ad l. Iul. maieſt. & conſtit. Regni,inconſutilem, in fine,ſub tit. de hæretic.& pataren. & quæ ibi habentur,in addit.

L. Conuenticula . Cyn. *Dic ergo quòd argumentum à contrario ſenſu.*) Vide Cæſar. Coſt. variar. ambig. lib. 3. cap. 10. vbi oſtendit, non probari,ex hoc tex. communem hanc concluſionem,ſcilicet, argumentum à contrario ſenſu,nõ deſumi,ſi reſultaret prauus intellectus. Et idem magiſter meus Pyr. Alfan. in commentar. ad l. 1. ff. de offic. eius,nu. 107. vbi potius , ita ſumi poſſe argumentum, contendit, ſcilicet,conuenticula illicita, extra eccleſiam,celebrari prohibentur, ergo,à contrario,conuenticula licita,extra eccleſiam,fieri permittuntur.

L. Quiſquis cenſibus. Hæc lex, vnà cum l. ad ſimilitudinem, inf. cod. allegatur ab Iſern.in conſtit.in aliquibus, lib. 3.ad oſtenden-

dendum, quòd mulier poſſit ſuccedere in feudo, cùm poſſit ſeruire per ſubſtitutum, & idem in Conſt. ſeq. in verbo, filij autem fratrum.

Cyn. *Nota, quòd hic aſcriptitius factus clericus ſeruit per ſubſtitutum.*) Regulariter quis non poteſt ſeruire per ſubſtitutum, ſecundùm Cyn. quod etiā in Regno, hodie ſeruatur, vt in ritu 7. in fine, incip. item quòd nullus, & ritu 309. & cap. Regni, incip. item quòd prædicti officiales iuſtitiarij, & Pragm. incip. numerum magiſtrorum, Et limitationes ad hanc regulam, vide per Carauit. ritu 3. incip. in primis, nu. 20. & ſeq. Et an aſcriptitius poſſit clericari, vide conſtit. Regni, aſcriptitios, & ſcribentes ibi.

L. Placet. Concordat conſtit. Regni, incip. aduocatos, lib. 1. Et vide latè per Affl. & alios ibi. Et qui dicantur Parabolani, de quibus fit mentio, in hoc tex. vide Alciat. lib. 4. diſpunct. cap. 9. vbi reiecta expoſitione Gloſ. dicit, eſſe illos, qui ſunt aſcripti ſeruitio hoſpitalium.

L. Si quis presbyter. Concordat cum hac lege, ibi, *exceptis ijs*, Conſtit. Regni, ſiquando contigerit, in fine.

Auth. Nunc autem. Circa materiam huius Auth. & de ipſius intellectu, vide Molin. de Hiſpanor. primogen. lib. 2. cap. 9. nu. 44. & ſeq. fol. mihi 295.

L. Siqua per calumniam. Cyn. *ſecundum dubium tale eſt.*) Cum Cyn. hìc, tenent alij Doct. Vltra quos, idem ſenſit Angel. in l. ſi procuratorem abſentem, nu. 3. ff. de procurat. vbi pluries ita vidiſſe iudicatum, dicit, Et Aretin. in l. maritus, inf. de procurat. Et Affl. in conſtit. Regni, in locis, nu. 18.

L. Id, quod pauperibus. De alijs priuilegijs piæ cauſæ, vide per Doct. in l. 1. ſupra tit. prox. Et præcipuè Roman. in auth. ſimiliter, inf. ad leg. falcid. Et latiſſimè Tiraquell. in tract. de priuileg. piæ cauſæ, vbi enumerat 167. priuilegia. Et quænam dicatur pia cauſa, vide per Iaſ. in d. l. 1. ſupra alleg. Et Tiraquel. in d. tract. in princ. præfat. vbi latè.

Cyn. *Gratiâ cuius videamus de executoribus vltimarum voluntatum.*) Vltra Cyn. hìc, An executor, cui teſtator mandauit diſtribuere aliquid, inter pau-

pauperes, pro dotandis ipſis, poſsit diſtribuere inter viduas pauperes, Bal. in prohem. Decretal. in verb. Rex pacificus, nu. 25. mirabiliter determinat, quòd non, quia videtur teſtator ſenſiſſe de primis nuptijs, iuxt. tex. in l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignif. Et ipſum ſequuntur Iaſ. in l. quod in anno, nu. 18. vbi notandum dicit, ff. ſol. mat. Et Roland. conſ. 68. viſa contingentia, nu. 25. vol. 4. Et Grammat. in conſtit. Regni, quamplurium, nu. 7. fol. mihi 90. Et an hæres habens diſtribuere aliquid, poſt aliquod tempus, puta poſt mortem alicuius, poſſit, in vita illius, & ſic ante tempus, diſtribuere? Bar. in l. cùm pater, §. à filia, ff. de legat. 2. per illum tex. determinat quòd non, Quem ſecuti ſunt Alex. conſ. 81. Chriſti, eiuſq; matris, nu. 14. vol. 6. Et Pariſ. conſ. 23. Ser Franciſcus. vol. 3. Et alij Doct. in d. §. à filia, & in l. poſt mortem, inf. de fideicomm. Et alij, quos refert Cagnol. in l. cùm tempus, ff. de reg. iu. fol. mihi 47. Et Mantic. in tract. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 5. nu. 20. fol. mihi 322. Et ratio præcipua, ſecundùm ipſos, ea eſt, quia tale tempus reſpicit fauorem illorum pauperum, qui reperirentur, tẽpore mortis illius, in quorum præiudicium, non poteſt, ante tempus, fieri aliqua diſtributio. Et hæc opinio eſt magis communis, ſecundùm Mantic. loco cit. licet contraria, quam tenent, infra allegati, ſit magis fauorabilis, ſecundùm ipſum, Contrarium autem ſenſerunt Anchar. conſ. 202. circa primum, nu. 4. vbi allegat Bal. tenentem ita, in l. poſt mortem, inf. de fideicõm. Et Dec. in l. cùm tempus, ſup. alleg. ff. de reg. iu. Et ibidem Cagnol. poſt aliquam diſputationem, vbi etiam dicit hanc opinionẽ communem, Et alij relati per Cagnol. & Mantic. locis cit. Et ratio præcipua ipſorum eſt, quia tale relictum, eſt factum principaliter, pro ſalute animæ teſtatoris, pauperes autẽ ſunt, vt cauſa ſecundaria, nec eſt curandum, qui ſint hi pauperes, quia intentio teſtatoris non fuit, vt hoc tale relictum habeant hi, vel iſti pauperes, etenim ſolùm, habuit intentionem, ad pauperes, in genere, tempus autem adijcere voluit, gratià illius, tantùm, qui debebat facere diſtributionem; Magis tamen (vt dixi) communis opinio eſt illa prior; Si autem velis tenere, hanc poſteriorẽ, quæ æquior videtur, reſpondere poteris ad tex. in d. §. à filia, quòd ibi, ex coniecturata mente teſtatoris, ita fuerit diſpoſitum, quæ erat, vt haberẽt illi, qui ſupereſſent tem-

tempore mortis filiæ, quæ coniectura ceſſat hìc, quia, vt diximus, tempus fuit adiectum, gratia illius, qui habebat facere diſtributionem, non autem, vt haberet relictum hic, vel alius pauper. Et per hanc rationem, ita ſe tenere dicit, in iudicando, & conſulendo, Gomeſ. ad leg. Tauri, commentar. in leg. 17. nu. 7. Et demùm reperi idem ſentire, vbi etiam dicit ſeruari in praxi, Aluar. Valaſc. lib. 1. conſult. Luſitan. conſult. 102. incip. vxor quædam, nu. 27. Circa alias autem quæſtiones, quò ad materiam hãc executorũ, & diſtributorũ, vide per Doct. hìc, Et vltra ipſos, vide Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. nunc verò aliqua; & ibi Ioan. And. in addit. Et Doct. in l. nulli licere, inf. eod. Bal. in l. ſi quis ad declinãdã, hoc eod. tit.. Et Doct. in c. religioſus, de teſtam. in 6. Et an. relictum pluribus executoribus, pro ipſorũ laboribus, ſi vnus ipſorum mortuus fuerit, vel noluerit eſſe executor, debeat accreſcere coexecutoribus, vel vadat ad hæredem, vide Aluar. Valaſc. lib. 1. conſult. Regni. Luſit. conſult. 36. incip. teſtator quidam, vbi dicit accreſcere alijs executoribus, per tex. in l. Seio amico fideliſſimo, ff. de annu. lega. & per rationes adductas, ibi, per eum, Et idem dicit in pluribus tutoribus, ſi ipſis fuerit aliquid relictum, & vnus ipſorum remoueatur, vti ſuſpectus, quòd ſcilicet portio eius, alijs accreſcat.

L. Cùm clericis. Cyn. *Nota hic argum. imò eſt caſus, quòd quantum ad ordinem iudiciorum, conſuetudo loci iudicij ſpectari debet, & hæc conſuetudo, circa hoc, ligat etiam non ſubiectos, qua de cauſa, &c.)* Adde Alex. conſ. 164. circà dubitationem præmiſſam, col. 2. vol. 6. Et Abb. in c. quod clericis, col. 2. nu. 10. & ibidem alios, de for. compet. Et Alex. in l. 1. nu. 19. ff. de leg. 2. Et Bar. in l. poſt rem iudicatam, §. circa iudicẽ, ff. de re iudic. Et Roland. conſ. 48. in præſenti cauſa, nu. 20. vol. 3. Et dicam in l. 1. inf. quæ ſit longa conſuet. Et vide Dec. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, nu. 11. de conſtit. Et Minadoum, deciſ. 4. Vbi an clericus teneatur præſtare fideiuſſionem de ſoluendo pœnam, iuxta formam Regiæ Pragmaticæ, de præuention. moderan.

Auth. generaliter. Cyn. *Secundò quæro, quando quis dicatur iniuſtè mouiſſe litem, videtur, eo ipſo, quòd ſuccumbit.)* An hoc verum ſit, vide Cyn. & alios, in

 l. ſi-

l. ſiqua per calumniam,ſupra eod. tit. Et alios hìc, Et Bal. & Salic. in l. properandum, §. ſin autem alterutra, in princip. inf. de iudic. Et Angel. Aret. in §. is, qui,nu.3. inſtit. de pœn. temer. litig. Et Ioan. And. in rub. de elect. in fine lib. 6. Et Abb. in c. finem litibus, nu. 21. de dol. & contum. Et Tiraquel. in tract. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 10. nu. 43. fol. mihi 167. Per quos veram inuenies opinionem Cyni hìc.

Cyn. *Alij dicunt, aut iurauit de calumnia.)* Iuramentum calumniæ,an excuſet ab expenſis, vltra Doct. hìc, vide Bar. in l. 1. nu. 11. ff. ad Senatusconſ. Tertull. Et in l. 1. §. 2. nu. 2. ff. ſi mul. vent. nom. Et Pet. de Bellapert. in l. 1. inf. de aduoc. diuerſ. iud. Et Bal. conſ. 73. Loiſius, nu. 2. vol. 3. Et conſ. 217. in verb. libelli, nu. 7. vol. 2. Et Lanfranch. de Orian. in ſua pract. in verb. expenſæ, nu. 8. fol. mihi 99. Et Tiraquell. in tract. de pœn. temper. aut remitt. cauſa 51. nu. 112. Et alios relatos in addit. ad Salic. hìc, Affl. in conſt. pœnam calumniæ, nu. 7. lib. 2. Communis autem opinio eſt,quòd iuramentum non excuſet ab expenſis venientibus à temeritate, abſq; calumnia,vt per Tiraquell. loco cit. Et quid in cauſa criminali, an idem quòd in ciuili? vide Salic. in l. 3. inf. qui accuſ. non poſſ. Et Franciſ. Marc. deciſ. 776. nu. 3. De hac autem materia expenſarum, vide latè per me,in addit. ad Cyn. in l. properandum, §. ſin autem alterutra,inf. de iudic. & in l. Arethuſa, ff. de ſtat. hom. Et Iul. Clar. lib. 5. §. fin. verſ. dixi, & verſ. ſed quid.

Auth. Sed epiſcopalis dignitas. Cyn. *Reſpondebatur, quod iſte filius, cùm tractatur de commodo ſuo; videtur non exiſſe poteſtatem patris, vt hic. &c.)* Adde ad Cyn. hìc, an ſcilicet in terminis huius tex. ij, qui ſunt liberati à patria poteſtate, deſinant eſſe ſui, Iaſ. Dec. & Gozadin. in l. qui ſe patris, inf. vnde lib. Et Aquilin. in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, nu. 12. & ſeq ff. de liber. & poſth.

L. ſi quis ad declinandam. Cyn. *Primò noto ex principio huius legis, quòd de relicto ad pias cauſas, detrahitur falcidia.)* Poſt aliquos Doct. hìc, & in Auth. ſimiliter, inf. ad leg. Falcid. vide And. Fachin. controuerſ. iu. lib. 5. cap. 17. vbi, poſt Cuiac. in expoſit. nouel. 131. aſſerit, quòd neq; hìc, neq; alibi probetur, quòd de relictis, ad pias cauſas, non detrahatur falcidia, vnde detrahere poterit hæres, niſi

niſi fuerit in mora præſtandi legatum: Sed communis eſt, in contrarium, vt per Tiraquell. in tract. de priuileg. piæ cauſæ, priuileg. 26.

Cyn. *Item nota hic, quòd paupertas hic prodeſt.*) In quibus caſibus, paupertas proſit, vel noceat, vltra Cyn. & Alberic. hic, adde Angel. Aret. in §. licet, nu. 5. inſtit. quib. ex cauſ. manum. non lic. Et Archid. in can. pauper. 11. quæſt. 3. Et Nicol. Feſtaſ. in tract. de collect. par. 4. quæſt. 2. nu. 6. fol. mihi 66. Et Matteſilan. ſingul. vlt. Et Marant. ſuo ſpecul. part. 6. in tit. & aduertatur circa contumac. nu. 5. Et Pariſ. conſ. 93. nu. 22. vol. 1. & conſ. 1. nu. 28. eod. vol. Et Hyppolit. de Marſ. conſ. 10. caſus dubitationis, nu. 21. Et alios, per me, relatos, in addit. ad eund. Cyn. in l. Iulianus, ff. qui ſatiſd. cog. Et ibidem, vide, quis dicatur pauper, quis inops, & quomodò probetur paupertas; Et vide Luc. de Penn. in l. fin. C. de ijs, qui num. liber. ſe excuſ. lib. 10. vbi ponit 44. priuilegia. & ibidem ſubdit 17. incommoda.

Auth. Si captiui. An in hoc tex. ſit trãſlatum dominium, & ſi eſſet, an ſit quid ſpeciale, vid. Bar. in vulgat. §. Cato, in 8. oppoſ. Et Rom. ibidem, Ac Ludouic. Bolognin. ibidem, nu. 115. & 124. in ea quæſtione, ſi vnus ex hæredibus, tradendo rem communem, transferat dominium, etiam pro parte cohæredum.

L. Generaliter. Cyn. *Item facit ad aliam quæſtionem, ius noſtrum ſcriptum commune eſt, & non eſt neceſſe allegari in libello, &c. Sed quæritur de iure conſuetudinario.*) Adde eundem Cyn. in l. 2. nu. 18. inf. quæ ſit long. conſuet. quo loci, non adhibita diſtinctione, de qua hic, indiſtinctè tenet, ꝙ non debeat poni in libello, cùm ſit medium mediatum ad concluſionem, & non immediatum, & ideò nõ ſit ponendum, exemplo rei vendicationis, in qua ſatis eſt, allegare medium immediatum, ſufficiens ad concluſionem, ſcilicet dominium, non autem medium mediatum, puta titulum emptionis, vel alium. Et ratio potuit eſſe, quia conſuetudo non tribuit ſtatim, & immediatè acquiſitionem rei, ſed tantùm tribuit ius agendi, ſiue ſit dominium, ſiue (quod frequentius) ſit cõdictio, ex ipſa conſuetudine, quod quidem ius agendi, eſt medium immediatum, ſufficiens ad concluſionem, & ita conſuetudo eſt medium mediatum, inducens, & tribuens ipſum ius agendi,

di, quod eſt immediatum. Iacob. de Rauen. quem refert Cyn. in d.l. 2. tenet, quòd quando conſuetudo eſt notoria, non debeat poni. Idem Cardin. in c.fin. de conſuet. nu. 14. Et idem videtur ſentire Napodan. in prohem. conſuet. nu. 21. Sed contra videtur ſentire Gloſ. in clem. appellanti, in gloſ. 4. de appell. vbi licèt notorietas iuris, & facti non debeat probari, tamen debet poni, Quam gloſ. ſequuntur alij Doct. ibidem, Et Anchar. in c. 1. in 3. not. de appellat. in 6. Benè tamen verum eſt, quòd per iudicem ſuppleri poſſit, quando notoria eſt conſuetudo, Faciunt dicta per Bal. in l. vnic. inf. vt quæ deſ. aduocat. in fine.

Cyn. *secundò quæro, &c. dubitatur modò, quæ ſit cauſa finalis.)* De hac re Doct. locuti ſunt admodùm variè, vt per eos paſſim, quos quidem, pro maiori parte, congeſsit Tiraq. in tract. ceſſante cauſa, limit. 1. nu. 21. & ſeq. vſq; ad finem: Cœterùm, ſi hìc bene conſideretur, Cyni mens eſt, quòd cauſa finalis ſit illa, propter quam, principaliter, totaliter, & adæquatè, inducitur diſpoſitio, impulſiua verò, contrà, ſitq; cauſa finalis de eſſentia diſpoſitionis, impulſiua autem, nequaquàm: Et hoc videtur importare illud verbum Cyni, (immediatè) quaſi dixiſſet, quòd cauſa finalis ſit connexa diſpoſitioni, adeò vt poſt vnam, ſtatìm ſequatur altera: Et ſecundùm hæc, adde quòd hæc declaratio Cyni, ſit eadem, in ſenſu, cum illa, quæ traditur à grauioribus Doct. & numero, pluribus, ità vt, non ſit dubitandum, eſſe communem, ſcilicèt quòd cauſa finalis ſit eà, quæ cohæret diſpoſitioni, impulſiua verò, quæ illi non cohæret, per tex. in l. cùm tale, §. falſam cauſam, ff. de cond. & demon. Cohærere autèm, vel non cohærere, eſt, (vt ipſi declarant) eſſe, vel non eſſe de ſubſtantia, & eſſentia diſpoſitionis; Et in ſumma, volunt, quòd cauſa finalis, & impulſiua ſint, vt ſupradictum eſt. Quòd etiam videtur probari per eundem tex. in d. §. falſam cauſam, ibi, *aliàs legaturus non fuiſſet*, & per tex. in l. 2. §. vlt. ibi, *aliter non donaturus*, ff. de donat. facit tex. in l. vlt. ff. de hæred. inſtituend. Quomodò autem cognoſcatur, an cauſa cohæreat, & ſit de ſubſtantia, vel non, hoc non perfectè declaratur à Doct. & eſt difficile, & ad facti potius, quàm ad iuris pertinet quæſtionem. Dicunt tamen ijdem Doct. quòd quando cauſa eſt obligatoria, vt ſi dicatur, lego, quia mihi mutuauit, tunc cohæreat, & ſit de ſubſtantia, quando autem

tem

tem non eſt obligatoria, vt quia geſſit negotia mea, tunc nequaquàm. Ita Bar. in l. demòſtratio, §. quod autem, nu. 13. verſ. quædam eſt cauſa, ff. de cond. & demoſtr. in d. §. falſam cauſam, & in l. 1. nu. 4. inf. de fal. cau. adiec. leg. Et ibidèm Bal. nu. 17. verſ. oppono, & videtur, Et Salic. nu. 3. Et Paul. de Caſtr. nu. 2. verſ. iſta ergo cauſa. Idem Paul. in l. 2. §. vlt. verſ. primus quãdo conſtat, ff. de donat. Et ibi etiã Imo. nu. 9. verſ. ſaluo, niſi fuerit cauſa obligatoria, & melius in d. l. vlt. nu. 6. verſ. aduerte tamen, ff. de hæred. inſtit. Idem Imo. in c. poſt translationem, de renunciat. Et Angel. Aret. in §. ſi quis Inſtit. quib. mod. teſtam. inf. Bene Soc. ſen. conſ. 159. viſa conſultatione, nu. 22. & 23. vol. 2. Et bene Corn. conſ. 153. in præſenti conſultatione, nu. 8. & 9. vol. 2. Et Alex. conſil. 81. viſa conſultatione, nu. 19. vol. 6. Et hanc eandem declarationem, videtur, vti veriorem, & communem, ſecutus Tiraquel. loco cit. tùm quia vltimam illam poſuit, ſub nu. 46. tùm etiam quia illam repetijt inter notabilia, ſub nu. 86. verſ. nonũ quod ex præcedentibus depromitur. Alias autẽ regulas, quando cauſa ſit finalis, vel impulſiua, & in dubio, qualis præſumatur, cum earum fallentijs, præſertim fauore cauſæ piæ, vel Reipublicæ, vel dotis, poſt Cyn. hìc, cum quo omnes conueniunt, videre poteris per Tiraq. ibidem, per totum, præcipuè ſub nu. 52. & ſequentib. vbi recenſet omnes Doct. & ſecundùm communem omnium opinionem, multas regulas, cum limitationibus, & ſublimitationibus, conſtituit. Item quid iuris, quando ſunt plures cauſæ finales, ſed non æquè principales, & vna, vel aliquæ, ex eis, ſunt falſæ, an vitietur diſpoſitio? vltra ea, quæ habet Tiraq. & alij Doct. in locis citatis, vide etiam, quod notabiliter habet Corn. d. conſ. 153. nu. 12. & 13. vol. 2. Et conſ. 311. nu. 14. & 15. uol. 1. Et Soc. ſen. conſ. 83. nu. 5. vol. 3. Vnum tamen non omiſerim, quòd in priuilegijs, cauſa præſumatur impulſiua, D. Regens de Ponte conſ. 2. nu. 179. & ſeq.

L. Deo nobis. Cyn. *Inter alia notabilia, collige vnum, ſcilicèt quòd qui ingreditur monaſterium, reputatur mortuus, & ſic mors ciuilis æquipollet naturali.)* Adde Bal. hìc, nu. 7. in fine, & ſeq. Et Bar. in l. ex ea parte. §. in inſulam, ff. de uerb. obligat. Et eundem, in l. Gallus. §. & quid, ſi tantùm, ff. de lib. & poſth. Et ibidem alios, & præcipuè Modern. Et Ioan.

H Vinc.

Vinc. de Anna, allegat. 92. nu. 7. lib. 2. qui allegat And. in cap. 1. ſi vaſſall. feud. priuet. & in cap. 1. §. hoc quoq; de ſucc. feud. Quod tamen intelligas, dummodò mors ciuilis operetur eundem effectum, quem naturalis, Alex. in l. ex facto, §. ex facto, ff. ead. Trebell. Et communem dicit Aret. in d. §. in inſulam, Et Crot. atq; Ruin. in d. §. & quid ſi tantùm. Nat. cõſ. 282. Cephal. conſ. 395. nu. 32. Et alij, quos refert, & ſequitur Surd. conſ. 90. præsbyter. nu. 27. vol. 1. & conſ. 171. qui partes, nu. 9. vol. 2. & eod. vol. conſ. 238. Doctores, nu. 5. Et videquò ad materiam huius legis, relatos per Bernard. Alphan. in ſuis collect. nu. 952. Quomodò autem monachus retineat locũ ſuitatis, & de intellectu huius legis, latè Fortun. Garz. in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, nu. 54. & 55. ff. de liber. & poſthum. Minad. in conſtit. in aliquibus, 2. not. nu. 72. & ſeq.

DE EPISCOP. AVDIENT.

L. 1. Franc. Duaren. diſput. anniuerſ. lib. 1. cap. 57. contendit hunc tex. loqui de illis tantùm negotiatoribus, qui à Principe, rebus populo vendendis, puta ſali, frumento, alijſq; eiuſmodi rebus neceſſarijs præpoſiti erant, non autem de omnibus negotiatoribus generaliter, & indiſtinctè, prout Gloſ. & alij intellexerunt.

Cyn. *Patet ex præmiſſis, quòd quando quis habet rem venalem, cogitur eam vendere.*) Caſus, in quibus, cogitur quis vendere, vide aliquos, per Gloſ. in l. Iulianus, §. item Celſus, ff. de act. empt. Et Doct. in l. nec emere, inf. de iur. delib. & in l. inuitum, inf. de contrah. empt. Bar. in l. 1. inf. de com. ſer. manum. Angel. Aret. in §. fin. Inſtit. de donat. Et pulchrè, & latè per Couar. lib. 3. variar. reſolut. cap. 14. & lib. 2. cap. 3. nu. 5. Sed an, ſicuti monaſterium, pro ipſius ampliatione, poteſt cogere vicinum ad vendendum domum, vel territorium, ita etiam poſſit cogere ad vendendum ſeruitutem? vide D. de Franch. deciſ. 223. emanata, vbi concludit, quòd ſic, & alios allegat. Gomez. qui tamen diſtinguit, vt per eum, ad leg. Tauri, commentar. in l. 46. nu. 9. Sed an, ſicuti pro ampliatione, poteſt, ita etiam pro conſtructione, & ædificatione poſſit? Vide Soc. in fallent. ſuis, reg. 431. incip. vendere, Et Grammat. deciſ. 75. monaſterium. Sed in dictis caſibus, an teneatur habere fidem de prætio, vide Gloſ.

Gloſ. in l. 1. in verb. neceſſitatem, inf. de comm. ſer. manum. quæ videtur innuere, quòd non. Et pulchrè per Aluar. Valaſc. conſultat. Reg. Luſit. 22. multi ſunt caſus, vbi, poſt multa, concludit, quòd non, & allegat etiam Tiraquell.

Cyn. *Non poteſt caupo itinerantes expellere.*) Limitatur hoc, non procedere quando iter agens, eſſet eius inimicus, ſecũdùm Andr. de Iſern. in conſtit. Regni, omnes noſtri. Vel quãdo eſſet maxima multitudo itinerantium, ita quòd omnes ſuſcipere non poſſit, ſecundùm Bar. in l. 1. in fine. ff. de furt. aduerſ. naut. caup. ſtab. Idem quoq; in notario dicendum erit, qui cuilibet eum roganti, tenetur facere contractum, ſecundùm Alber. in d. l. 1. Sed non idem erit in meretrice, quia licèt palàm alijs hominibus ſe exhibuerit ad concubitum, tamen nullus poteſt violentare eam, vt libidinem, cum eo, exerceat, ſecundùm Affl. in d. conſt. omnes noſtri, nu. 4. & ſeq. vbi latè poſt Iſern. Quicquid, in contrarium, dixerit Decius in l. inuitus, nu. 7. ff. de reg. iu. Quem, etiam iure communi inſpecto, reprobat Couar. var. reſolut. lib. 3. cap. 14. nu. 2. Et Hieron. Sapcotus, in l. Marcellus, in fine, ff. de verb. ſignificat. Et probabiliorẽ opinionẽ, contra Dec. dicit Triuiſan. deciſ. 3. incip. honeſta mulier, nu. 10. lib. 2.

L. Mimæ. Idem in Iudæis, qui deferre debent habitum diuerſum à Chriſtianis, vt in cap. in nonnullis, de Iudæis, Quod etiam ſeruatur in Hiſpania, vt in lib. 8. ordinat. Regni Caſtel. tit. 3. leg. 8. vbi Didac. Perez, Et Neapoli etiam eſt ordinatum, vt per Pragmat. 1. 2. 3. ſub tit. de Iudæis, per pœnam de qua ibi. & in cap. 53. inter cap. & priuil. Neap. Et adde, quod dicit Paul. de Caſt. in l. nullus, nu. 5. ſup. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol. quòd meretrices, nec etiam poſſint habitare inter mulieres honeſtas, & poſſint expelli, Quod facit pro cõſtit. Regni, quæ paſſim, lib. 3. quæ conſtitutio procedit in toto Regno; Sed huic ciuitati Neap. vltra eandẽ conſtit. hoc fuit cõceſſum per particulare priuilegium Regis Catholici, vt in cap. 58. & 59. inter cap. & priuil. Neap. Quod an habeat locum, contra ſcholarem non habentem mulierem, vide D. de Franch. deciſ. 316. Et Vinc. de Anna, ſingul. 338. Verùm non procedere in illa, quæ, ob amorem, ſui ipſius copiam, amanti fecerit, dixit Menoch. in tract. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 4.

caſu

caſu 328. nu. 14. Quam limitationem, egregiam appellat Fabius de Anna, in addit. ad d. ſingul. 338. Et adde Pragm. editam per D. Ioannem de Zunica, ſupremum Commendatarium, in ordine 3. incip. *A noſtra notitia è peruenuto*, prohibentem, meretrices deferri in bigis, ſeu quadrigis, ſub pœna, vt ibi.

L. Archigerontes. Iuxta hanc legem, quæras, an ſicuti damnato ad mortem, eſt mittendus ſacerdos, vt confiteri poſſit, & eidem, ſi petat, debet dari Sacramentum Euchariſtiæ, poſſit etiam, ei dari extrema vnctio? dicas, q̄ nō, ſecundùm Archid. in can. 2. nu. 2. 95. diſt. Et Gemin. in c. ſuper eo, nu. 6. verſ. nota incidenter, de hæret. in 6. Et Felyn. in c. ad abolendum, nu. 3. de hæretic. Et Iul. Clar. in ſua pract. crim. quæſt. 99. nu. 3. vbi communem opinionem dicit, & ita quotidie ſeruari, Et Affl. in conſtit. Regni, incip. terminum, nu. 7. Et an ſententia capitalis, poſſit executioni demandari, ipſa die, qua damnatus ſuſcepit Sacramentum Euchariſtiæ, vide Hoſtienſ. in ſum. de immunit. eccl. col. 7. vbi quòd non, Et idem Iul. Clar. loco cit. nu. 3. vbi, quòd erit differendum in ſequentem diē, Et Anton. Corſet. ſingul. ſuis, in verb. Cardinalis, vbi non ſeruari Bononiæ, dictum Hoſtienſ. teſtatur, Et vide Nauar. in ſuo Manual. confeſſ. cap. 25. nu. 23. Et nouiſſimè, vide Surd. deciſ. Mantuan. 121. incip. condemnato, nu. 6. vbi dicit, quòd poſt quatuor horas, executio fieri poſſit, ſi ex ſignis, cognoſci poſſit, quòd damnatus, conſcius horæ, ſe præparauerit, Et ita fuiſſe obſeruatum dicit. De intellectu huius legis, circa explicationem Ergaſiatanorum, & Diocetarū, de quibus fit mentio in ea, vide Alciat. lib. 3. diſpunction. cap. 18. vbi eos dicit eſſe, qui procurant negotia aulæ Principis, ſeu emptores annonæ, & penus, & eorum, quæ pertinēt ad victum Principis, & Palatinorum, qui debent eſſe Chriſtiani.

L. Addictos. Concordat cū hac lege, lex addictos, inf. de appell. In qua notat Bal. quòd, contra hanc legem, faciunt Cardinales, ex quodam priuilegio, dū obuiant ei, qui ducitur ad mortem, & liberant eum à morte, quia ex conſuetudine, id faciunt; Et idem Martin. Laud. in ſuo tract. de Cardin. concluſ. 48. Quā conſuetudinem non debere valere, tanquam præſtantem materiam

teriam

teriam delinquendi, & quia per eam, delicta remanerent impunita, dixit Anton. Corſet. ſingul.ſuis, in verb.Cardinalis. Ad quod facit Gloſ.in can. quæſitum, 13. q. 1. Vide Gondiſal. Villadieg. in tract.de orig.dignit.& poteſt. Cardin.quæſt. 13. verſ. item ſi Cardinales obuiant, vbi dicit, dictam conſuetudinem non procedere, in crimine hæreſis, læſæ Maieſtatis, & in eo, qui delictum geminauit. Item vide Coraſ. lib. 7. Miſcellan.cap.8.vbi etiam tradit originem, & prærogatiuam Cardinalium, quam quidem maximam dicit, & ideò non mirum, ſi poſsit liberare reos à morte.

L. Siquis, ex conſenſu. Cyn. *Vlterius quæro, &c.*) Adde ad Cyn. hìc, dum dicit, quòd, ſi eſt compromiſſum in iudicem, à cuius ſententia nõ poterat appellari, nec etiã ab eiuſdem laudo poterit appellari, Bar.in l.ſeq. Et Angel.in l. 1. in 2. col. ff. de iudic. Et Iaſ. in l. ſiquis aduerſus, nu. 3. inf. de precib. Imp. offer. vbi ita ſe conſuluiſſe, & obtinuiſſe refert, Et Dec. conſ. 3. incip. & pro tenui, nu. 8. & conſ. 25. diligenter examinatis omnibus, nu. 2. Et ita fuiſſe iudicatum, teſtatur Grammat. deciſ. 9. incip. exorta lite, in fine.

L. Iudices. Cyn. *Nota hic, quòd panis appellatur libellus, quod eſt nomen æquiuocum, &c.*) Adde tex. concordantem, in l. ſeruis vrbanis, ff. de leg. 3. Habet etiam, & alias ſignificationes, nam quandoq; ponitur pro recuſatione iudicis, vt in tex. l. apertiſsimi, inf. de iudic. Quandoq; etiam pro repudiatione, ex quo appellatur libellus repudij, vt in l. licet, inf. de repud. Quandoq; etiam ponitur pro oratione Principis, facta in Senatu, vt in tex. l. item veniunt, §. pridie, ff. de petit. hæredit. ſecundùm Gloſ. ibi, Quandoq; ponitur pro procuratorio, & ita ſumitur, ſecũdùm Odoffred. in auth. offerat, inf. de lit. conteſt. Et in l. excuſare, ff. de excuſat. tut. Et in l. ſcire, §. poteſt autẽ, eod. tit. dum dicitur, quòd tutor poſſit ſe excuſare, per libellum, ſcilicet per ſcripturam, in qua conſtituit procurarorem, ad eum, excuſandum, Licet Gloſ. ibi, alias tradat expoſitiones. Ponitur etiam alijs modis, de quibus, per Odoffred. loco cit. Et Roffred. Beneuent. in tract. de libell. par. 1. tit. quib. mod. accip. libell. Et Rip. in l. edita actio, inf. de edend. quos retuli, in allegata l. per Cyn. hìc, & in l. nequicquam, §. vbi decretum, ff. de off. proconſ. &

leg.vbi vide.Et adde ad hũc tex.Pragm. Imper.Caroli V.ſub tit.de offic. mag. iuſtit. in ordine,tertiam, iubentem dari carceratis 27.vncias panis,in dies,pro quolibet ipſorum,Et vnde ſit dictus libellus, & quid propriè ſignificet, vide Alciat.lib. 1.parerg.cap.17.vbi,alio vocabulo,chænicem, appellari dicit, apud Athenienſes, quæ erat menſura tritici, quantum quiſq; vna die,comederet,& erat maior libra.

L. Si Lenones. Vltra pœnam priuationis patriæ poteſtatis,de qua hìc, damnatur etiam leno,in metallum, vt in l. fin. C.de ſpectacul.ſcenec. lib. 11. Et de iure Authen.punitur pœna mortis,vt in Auth. de lenonibus. Quæ tamen pœna,eſt mutata,in fœmina,de iure Conſtit. vt in Conſtit. lenas, ſub tit. de lenis, in qua imponitur pœna truncationis naſi, Quæ etiam,eſt mutata,per aliam Conſtit. ſimiliter incip. lenas, ſub tit. de lenonib.vt dicta pœna, habeat locum, tantùm in matre, ſed alia fœmina puniatur, prima vice, pœna fuſtigationis, & ſi reiterauerit,pœna truncationis naſi;Quæ etiam Conſtitutio,limitata eſt, vt non procedat in matre, quæ,conſentiente filia, & propter neceſſitatem, eam proſtituerit,vt in Conſtit.matres, quæ,ſub tit. de pœna matris, filiam,publicè,proſtituentis, Et uide Reg. Prag. incip. deſiderantes, ſub rub. de lenonib. imponentem pœnam ultimi ſupplicij, Pro cuius tamen declaratione, uide Foller. in pract. crimin. 1. par. 2. par. nu. 33. & ſeq. Et de conſuetudine, non ſeruari, quia tantùm pœna fuſtigationis imponi ſoleat,dicit Ludouic. Peguer. Quos refert Rouit. in d. pragm. Et quomodò puniatur leno, in Regno Hiſpaniarum, refert Gomez.ad leg.Tauri,comentar. in l.80.nu.73.

L. Si præſens. Cyn. *Dic ſecundùm Iacob, de Aret. quòd cùm aliquis eſt in magiſtratu aut vult agere, aut conueniri.*) Quòd officialis, durante officio, non poſſit conueniri, neq; ciuiliter,neq; criminaliter,vide in cap.Regni, 258. incip. iniunxit, niſi de ſpeciali mandato Regis, Et notatur in conſtit. Regni,ſtatuimus, 2. Quomodò autem officialis poſſit conueniri, durante officio, Carauit. ritu 295. nu. 3. & ſeq. Et quid,quando actio eſſet tempore peritura,vltra Cyn. hìc,vide Gloſ. in l. nec magiſtratibus,ff. de iniur. Et Affl.in d. conſtit. ſtatuimus,2. in 14.not.nu.49.& ſeq. Et Parid.

rid. in tract. de Syndic. in verb. durante, col. 1. & §. 1. col. 1. Campag. in cap. Regni, 132. incip. item ſtatuimus, nu. 72. & ſeq. fol. mihi, 126. vbi decem ponit limitationes, quando ſcilicet poſſit conueniri, & in d. cap. iniunxit, nu. 17. Et Affl. in d. conſtit. ſtatuimus, loco cit.

L. De creationibus. Curator tenetur cauere, de vtilia faciendo, & inutilia prætermittendo, Quid in curatore dãdo ad vnum actum tantùm? Alex. conſ. 163. aliàs conſultum, nu. 2. lib. 5. concludit ꝙ ſic. Marc. Anton. de Amat. deciſ. 63. incip. tam de iure communi, diſtinguit, quòd, aut curator eſt idoneus, & actus valet, & tenet, nec requiritur fideiuſſio, aut non eſt idoneus, & tunc actus non valet, vide ipſum.

DE HAERET. ET MANICHAE.

L. Manichæos. In tex. ibi, *Quos, bonorum etiam omnium publicatione, proſequimur.* Cuiac. lib. 12. ad African. cap. 30. fol. mihi, 174. refert, quòd in Cod. Theodoſ. legatur adiectum. *Quæ tamen cedere iubemus proximis quibuſcunq; perſonis, ita vt aſcendentium, vel deſcendentiũ, vel venientiũ ex latere cognatorum, vſq; ad ſecundum gradum, velut in ſucceſſionibus, ordo ſeruetur, quibus ita demùm ad capiendas facultates, eſſe ius, patimur, ſi non & ipſi, pari conſcientia, polluuntur.* Item in tex. ibi, *Siue quolibet alio genere, reliquerit voluntatẽ, qui Manichæus fuiſſe conuincitur,* vide quod refert Cuiac. loco cit. Et dũ in hoc eod. tex. codicillus, profertur, in numero ſingulari, adde textus cõcordantes, relatos, per me, in addit. ad l. generali, ſupra, de ſacroſ. eccl. Itẽ dũ in hoc tex. dicitur, quòd offendens religionẽ diuinam, omnes offendere dicatur, ſumas argum. quòd idem ſit in offendente Vniuerſitatem, nam ſingulos etiam offendere dicitur, quod nota, quia facit ad illam quæſtionem, ſi duo promiſerunt ſeruare pacem, ſub pœna, adinuicem, de nõ offendendo, & vnus ipſorum, ſit effectus bannitus, quòd alter poſſit impunè, ſine metu pœnæ conuentionalis, ipſum offendere, cùm ipſe prius, fregiſſe pacẽ, & offendiſſe dicatur, dum eſt effectus hoſtis Vniuerſitatis; De qua quæſtione, vide latè per Alberic. in l. ſiquis maior, inf. de tranſact. Et Bar. in l. ſi hæres, ff. de leg. 1. Et eod. tit. Paul. de Caſt. & Iaſ. in l. quid ergo, §. ſi hæres, Et Bar. & Iaſ. in l. qui ſeruum, ff. de verb. oblig. Et eod. tit. Alex. in l. qui inſulam, Et Paul. de Caſt. & alios in l. accuſationis,

tionis, inf. de ijs, quæ vi,met. cauſ. fi. Et ſcribentes,in l. 2. inf. quand. lic. vnic. ſine iudic. &c. Et Alex. in l. ſi ſeruus, §. ſiquis duos, ff. de legat. 1. Et Dec. conſ. 552. uiſo proceſſu, nu. 9. par. 3. Et Iul. Clar. in ſua pract. in §. homicidium, uerſ. quæro, aliquis, fol. mihi, 31.

L. Quicunque. In tex. circa principium, ibi, *idcirco*, &c. per eum, dicit Iacob. Butrig. quem ſequitur Salic. quòd, ſi quis fuerit accuſatus de hæreſi, in genere, probatur hæreſis, ſi teſtes concordent in genere, licet non conueniant de ſpecie hæreſis, De quo, ſi verum ſit, vide Ioan. de Amic. conſ. 127. nu. 8. Et Iul. Clar. in ſua pract. crim. lib. 5. §. fin. quæſt. 53. verſ. dixi etiam, fol. mihi, 145.

Auth. Idem eſt. Auth. hæc, allegari ſolet, ad oſtendendum, quòd reſtitutio facta à Principe, nõ extendatur ad fructus, medio tempore, perceptos, De quo, ſi verũ ſit, vide per Doct. in l. Gallus, §. & quid, ſi tantùm, ff. de liber. & poſthum. Et præcipuè Fortun. Garz. Et vltra eos, vide Sfort. Odd. in tract. de reſtit. in integr. par. 2. quæſt. 99. artic. 14. vbi de intellectu huius Auth. & ibidem multos allegat, Et vltra per ipſum, allegatos, vide per And. Fachin. controuerſ. iur. lib. 1. cap. 38. vbi, per hanc auth. in illis verbis, *ſi conuerſi fuerint, reſtituenda quidem, ſed abſq; ratione fructuum, & adminiſtrationis,* dicit, quòd non veniant fructus.

Auth. Gazaros. Quomodò filij hæreticorum admittantur ad ſucceſſionem matris, Et quòd habeant filij alimenta, & filiæ dotem, Coraſ. in l. qui liberis, nu. 110. ff. de rit. nupt.

L. Quoniam. Dictum huius legis (vltra Cyn. hìc, & alios, quos vidi) ſcilicet, quòd Iudæus non poſſit eſſe teſtis, in cauſa Chriſtiani, Amplio primò, vt neq; etiam poſſit eidem deferri iuramentum, in ſupplementum probationis, cõtra Chriſtianum, ſecundùm Ioan. de Imol. in conſ. 2. incip. in caſu propoſito, poſt principium, Quòd notatu dignum exiſtimat Hippol. de Marſ. ſingul. 41. incip. Iudæus non poteſt eſſe teſtis, Et idem Roland. conſ. 35. viſa inquiſitione, nu. 2. vol. 2. Et Iaſ. in l. admonendi, nu. 113. ff. de iureiur. Et ratio, ſecundùm eum, eſt, quia hoc iuramẽtum habetur loco teſtis, Et eandem opinionem

nem tenent, quidam alij, relati per Surd. conſ. 122. primo aſpectu, nu. 8. & nu. 38. vol. 1. Licet Crauet. conſ. 73. dicendum videtur, nu. 26. non ſine dubio eſſe, dicat, Secundò amplio, vt procedat etiam in Iudæo, effecto Chriſtiano, de recẽti, per ea, quæ dicit Gloſ. in can. cõſtituit. 17. quæſt. 4. Et Roman. ſingul. 672. incip. nunc veniamus ad lucrum panis, per Gloſ. in d. can. conſtituit, Et in ſpecie, dixit Hippol. de Marſ. in repet. l. 1. §. præterea, nu. 5. ff. de quæſt. & in ſingul. 107. incip. priuilegium, circa medium. Tertiò amplio, etiam ſi deponeret, pro alio Chriſtiano, ſecundùm Natt. cõſ. 344. nu. 14. per hunc tex. ibi, *ſiue altera pars orthodoxa ſit*, &c. Quem ſequitur Surd. conſ. 19. nulla videtur ratione, nu. 17. vol. 1. contra Crotum, in tract. de teſtib. nu. 137. Limita dictum huius legis, non procedere, quando tractaretur de conuincendo Chriſtiano, olim Iudæo, qui argueretur reuerſus ad Iudaiſmum, vt eſt caſus, ſecundùm aliquos, in c. contra Chriſtianos, de hæretic. in 6. Item limita, non procedere in Iudæo medico, qui bene poteſt eſſe teſtis ſuper cicatricibus, ſecundùm Bal. conſ. 103. vol. 2. Nec non limita alijs modis, quos ponit Felyn. in c. Iudæi, de teſtib. Et an credatur Iudæo deponenti contra Chriſtianum, in cauſa vſurarum, & quid quãdo eſſent præſumptiones aliquæ, vide per Crauet. d. conſ. 73. nu. 6. 7. & 18. Et Cacheran. decif. Senat. Pedam. 72. incip. inquiritur, nu. 2. & 5. & ſeq. Vide alias limitationes per Affl. in conſtit. ſi quis in poſterum, nu. 46. ſub tit. de defenſ. impon. fol. mihi, 98. à ter.

DE APOSTATIS.

L. 1. Concordat cum hac lege, conſtit. Regni Apoſtatantes, ſub tit. de Apoſtatis, Et quando bona publicentur, vide in l. apoſtatarũ, inf. eo d. ſecundùm quam intelligitur etiam d. conſtitut. vt per Affl. ibi, nu. 3. Et quæ differentia ſit inter Hæreticum, & Apoſtatam, vide Affl. in d. rub. de Apoſtatis.

DE IVDAE. ET CAELICO.

Iuxta hanc rub. quæras, an Iudæis Princeps, in ſuo dominio, fœnoris exercitium concedere poſſit, de qua, vide per Iaſ. in l. cun-

ctos populos, nu. 32. ſup. de Sum. Trin. & Fid. Cathol. Et ibidem Bal. Et Anchar. conſ. 243. aliàs, 235. Et Alex. conſ. 1. lib. 2. Et Iul. Clar. in §. vſura, lib. 5. Et Soc. Iun. conſ. 108. lib. 3. Et Cott. in memor. in verbo, vſuræ, Et Didac. Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 1. Et latiùs per Teſſaur. deciſ. 57. incip. Iudæis, vbi alios refert, & aliorum, poſt ipſam deciſionem, ponit conſilia, quæ etiam vide, Et an eos, à Regno, ſine peccato, expellere poſſit, vide Capic. in ſua inueſt. feud. in verb. feuda officiorum, col. 2. verſ. Rex an poſſit, fol. mihi, 267. Et Foller. in pragmat. 2. ſub tit. de Iudæis, nu. 13. quæ eſt impreſſa, in comentar. Foller. ſuper conſt. cap. rit. & pragmat. Regni, Benè tamen verum eſt, quòd, quando non expelluntur, debeant habitare in locis ſeparatis à Chriſtianis, vt in d. pragmat. 2. Item Iudæus blaſphemans, qualiter puniri poſſit, vide per Teſſaur. deciſ. 241. incip. Iudæus, nu. 6. & ſeq. Et ibidem, in princ. vide, quibus verbis, inducatur blaſphemia, Et per quem iudicem, puniri poſſit Iudæus blaſphemus, an per ſecularem, vel eccleſiaſticum, vide Iul. Clar. in §. blaſphemia, lib. 5. verſ. ſed pone, fol. mihi, 7. vbi dicit, communem eſſe opinionem, quòd puniendus ſit, per iudicem ſecularem, ad quod allegat Alex. relatum per Soc. Et idem dicit ipſe, in §. fin. quæſt. 35. Et vide Teſſaur. d. deciſ. 241. nu. 7. Niſi tamen, iudex ſecularis, eſſet negligens, in puniendo, nam tunc benè eccleſiaſticus, punire poterit, ſecundùm magis communem, Iul. Clar. in d. §. blaſphemia, loco cit. Et vide Felyn. in c. poſtulaſti, nu. 4. & 5. de Iudæis. Et an Iudæus, qui, poſt commiſſum aliquod delictum, ſuſcepit ſacrum baptiſma, poſſit, pro eo delicto, puniri? Gloſ. in can. quod autem, in verb. pœnitentijs, 32. quæſt. 1. dicit, quòd non, Quam ſequuntur Ruyn. conſ. 13. vol. 5. Et Felyn. in c. de ijs, nu. 7. de accuſat. Et ibidem Calder. Ioan. de Imol. & Ant. de But. & alij, relati per Franciſ. Viu. lib. com. opinion. in verb. accuſari poteſt Iudæus; Sed contra, multi alij, in d. c. de ijs, Et Dec. conſ. 130. Et hæc videtur magis cõmunis opinio, vt per relatos ibi, per Viu. videre poteris, Licèt prima opinio æquior videatur, prout ſentit idem Viu. Et vltra eum, Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 51. verſ. vltimò quæro; Licet non veniret abſoluẽdus à reſtitutione dãni, vt per Felyn. Et Clar. locis cit. Neq; etiam, ſi ſuſcepiſſet ſacrum baptiſma, in fraudẽ. Et quòd aduocatus

uocatus, ſtatutus à Rege, pro viduis, non teneatur aduocare, pro viduis Iudæis, Affl. in conſtit. lege præſenti, nu. 5. ſub tit. de dand. aduocat. &c. Et per tex. in auth. de priuileg. dot. hæret. mulier. non præſtand. Et faciunt dicta per Iſern. in conſt. ſi quis in poſterum, nu. 30. Et per Carauit. in ritu. 233. incip. Clericus, in ipſius initio, Et ritu 19. item, quòd procurator, nu. 4. Et an Iudæus poſſit eſſe teſtis, vide in l. quoniam multi, ſupra de hæretic. Et an, in dubio, præſumatur quis Chriſtianus, vel Iudæus, ſi reperiatur mortuus? Gloſ. in c. ſi eos, de conſecrat. diſt. 4. dicit, quòd, quando tractatur de viuente, tunc non præſumatur de baptiſmo, ſecus, ſi de mortuo, maximè ſi reperirietur mortuus in territorio Chriſtianorum, ſecundùm Affl. in conſtit. Regni, ſi damna, nu. 68. & ſeq. Et an Iudæus, iurans per legem ſuam, & deierans, teneatur pœna conſtit. Regni, eos qui ſcienter, vbi imponitur pœna periurij, vide Iſern. in d. conſtit. in princ.

L. Ne quis. Iudæus carnaliter cognoſcẽs Chriſtianam meretricem, punitur pœna extraordinaria iudicis arbitrio, Quod dictum, magis communiter receptum inuenies; nam ita ſenſit Alex. conſ. 13. attentis ijs, vol. 7. Et Corn. conſ. 107. lib. 1. Et Old. conſ. vlt. Et Boer. deciſ. 316. incip. præſuppono, quòd hoc crimen, nu. 5. vbi communem dicit, Et Dec. in c. 1. in 1. lectur. nu. 17. in fine de conſtit. Et Iul. Clar. in ſua pract. in §. fornicatio, lib. 5. verſ. cum Iudæis, Et Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 3. caſu 290. nu. 15. Et ibidẽm, vide quomodò puniatur, quando ducit in vxorẽ, mulierem Chriſtianam, Et ibi etiam de intellectu huius legis.

L. Nemo. Quò ad hanc legem, vide Bal. conſ. 420. inquiſitio prædicta; col. 2. par. 5. vbi habes, quòd licet Iudæus non poſſit habere duas vxores, per hunc tex. non procedat in eo qui ſecundùm ritum ſuum, primam repudiauit, & ſecundam accepit, Et ipſum Bal. refert Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 5. caſu 420. nu. 94. Et ibidem, vide alia, quò ad hanc materiam. Item de ſenſu huius legis, in ſpecie, quæ ſcilicet erãt nuptiæ Iudæorum, iuri ciuili repugnãtes, multa Anton. Cont. lib. 2. ſubſeciuar. lection. iur. ciuil. cap. 2. nu. 2. pro intellectu §. duorum, Inſt. de nupt.

L. Iu-

L. Iudæos. De cauſis condendi hanc legem, vide Ceſar. Coſt. variar. ambig. lib. 1. cap. 6. vbi dicit, quia Iudæi ſub figura, & ſimulachro Aman, pueri Chriſtiani, quem crucifixerant, myſterium religionis noſtræ, ſimulachrum ipſum concremando, deridebant.

L. Nullus. Per hunc tex. dicit Salic. quòd tolerantia ſuperioris habeatur pro diſpenſatione, & ideò bãditus toleratus in ciuitate, non poſſit offendi, Quòd dictum ſequitur Ioan. de Anani. in c. ſicut Iudæi, de Iudæ. Et ibidem Felyn. col. 2. vbi ſingulare dictum appellat, Et Alex. conſ. 1. nu. 45. vbi notandum dicit, vol. 2. & dicit facere tex. in l. 1. §. ſcientiam, ff. de tribut. & in l. 1. §. magiſtrum, ff. de exercit. Et Iaſ. in l. vbi pactum, nu. 17. inf. de tranſact. & in l. omnes populi, nu. 48. ff. de iuſt. & iur. & in l. ſi creditoris, nu. 8. inf. de fideicom. vbi ſe non legiſſe contradictorem, dicit, Et Hyppol. de Marſil. ſingul. 77. incip. patientia, vbi ſingulare, & menti tenendum dicit, & conſ. 10. caſus dubitationis, nu. 26. vol. 1. & conſ. 46. nu. 31. & 55. nu. 9. & 66. nu. 9. eod. vol. & conſ. 107. nu. 3. vol. 2. Et Iul. Scarlattin. inter conſ. crim. diuerſ. conſ. 113. in propoſita quæſtione, nu. 22. lib. 1. Et Hyeron. Magon. deciſ. Rot. Florent. 26. incip. Martinus; nu. 23. & 46. Dubium tamen aliquod facit tex. in c. cùm iamdudum, de præbend. & dignit. quem vide; Quando tollerantia habeatur pro diſpenſatione, vide Anton. de But. in c. quia circa, de conſang. & affinit. Et Felyn. in c. 1. col. 6. de treug. & pac. vbi dubitaſſe, de hoc dicto Salic. refert, Et facit ad hanc legem, l. chriſtianis, inf. de pagan. Et cõſtit. Regni, ſiquis in poſterum, vbi conceditur licentia officiali, imponendi defenſas Iudæis, Et facit cap. Regis Caroli II. in ordine, 109. item ſtatuimus, vbi ipſis Iudæis, non inferri grauamina, iubet.

NE CHRISTIAN. MANCIP.

Huic rubricæ deficit lex ſecunda, quæ, ex Græca lectione, in Latinum verſa, ſic dictat *Græcus, & Iudæus, & Samaritanus, & quicunq; orthodoxus non ſit, non poteſt Chriſtianum mancipium habere, alioquin ipſum liberum ſit, & is, qui poſſidet, priuatis rebus, triginta libras dat*, & Græcarum literarum imperitia

ritia

ritia,omiſſa fuit,teſte Cæſ. Coſta, variar.ambig.lib.1.cap.2. vbi refert,ſe illam vidiſſe,in quibuſdam paratitlis manu ſcriptis, & de ea meminiſſe Iuſtinianum,in l.vlt.§.his ita diſpoſitis, ſup. de epiſcop. & cler.Et hinc ſubdit, falsò allegari hanc rubricam,ad oſtendendum, quòd ſit generalior nigro, contendēs etiam,idem eſſe de omnibus alijs rubricis,quæ,ad id,allegari ſolent.

DE PAGANIS.

L.1. De vaticinio, & augurio, huius legis,pulchrè, Alciat. Parerg. lib. 1. cap. 13. vbi refert,Athanaſium,cum Paganis,& Gentilibus iurgantem, ex cornice, quæ ſuper eis, clariùs crocitando, volitauit, prædixiſſe,eos,craſtina die, de eorum templis, fore eijciendos, & die ſequenti, hanc, aduerſus eos, fuiſſe allatam Conſtantini Imperatoris conſtitutionem. Et in eodem cap. declarat Alciat. hanc rubricam, explicans, qui verè ſint Pagani.

L. Chriſtianis. Dum in hoc tex. dicitur, quòd Chriſtianus,occupans,ſeu rapiens bona Iudæorum, puniatur in duplū, intelligas,quando mobilia tantùm rapuiſſet, vnde ſecus, ſi immobilia occupaſſet,nam tunc competeret Iudæis,communis actio, ex diſpoſitione l. ſiquis in tantam; Ita ſingulariter, poſt Roffred. hanc legē limitat Ioan. And. in addit. ad Specul. in tit. de Iudæis,Quam limitationem ſequitur,Ioan. de Anan. in c. & ſi Iudæus, col. pen. de Iudæ.Et Ludouic. Gomes, in §. ex maleficijs,nu. 23.verſ. ſed his nō obſtantibus, Inſtit.de action. Et nouiſsimè Menoch. in tract. de adipiſc. in 9. remed. nu. 334. Et an Iudæo competat actio, ad quadruplum,iuxta tex. in §. ex maleficijs, ac de intellectu huius legis, vide per Gomeſ. d.nu. 23. Et an officialis,poſſit imponere defenſam,pro Iudæis, & Saracenis, habitantibus in Regno, vide in conſt. Regni,ſiquis in poſterum, vbi quòd ſic,Et adde hìc, dicta ibi perſcribentes, Et facit ad hanc Legem,conſt.Regni, ſuper inciſionibus, lib. 1.

L DE

DE IIS, QVI AD ECCLES. CONFVG.

L. 2. Iuxta hanc legē,& rub. quæras, an delinquens, qui manibus, & pedibus ligatis,in iumento ſedens,ad carcerē ducebatur, ſi in atrium eccleſiæ proſiliuerit,gaudeat ipſius eccleſiæ immunitate?De quo vide in deciſ.Luſit.Gamæ.141.incip.latro,vbi dicit,fuiſſe deciſum, quòd non, Et an fur,qui cum rebus furto ſubtractis, ad eccleſiam confugit,poſsit inde extrahi,ſicuti publicus latro,vide eund.Gam.deciſ.Luſit.171.incip.tā iure communi, &c. vbi refert, fuiſſe deciſum,quòd non,Sed vltra ipſum,vide per Barbat. conſ. 33. incip. Deum inuocent,col.1. & ſeq. vol. 4. vbi plenè diſputat,& tandem,dicit,quòd ſic,Et an damnatus,ad torturam,ſi ad eccleſiam confugerit,gaudeat eius immunitate,vide Gam.deciſ.281.incip.quidam, &c. vbi dicit, quòd non, Sed contra faciunt, dicta per Iul. Clar. in §. fin. lib. 5. quæſt. 30. verſ. ſcias autem; Et an Iudæus confugiens ad eccleſiam, gaudeat ſimiliter ipſius immunitate,vide Cyn.in l.præſēti,inſ.eod.Et ibi in addit.Et an immunitas hæc debeatur iure naturali,vel humano(vt ipſe ait)vide Foller.in fragment.hoc tit.Et ibidē alia quò ad hanc materiā.Item concordat cum hac lege,cap.Regis Caroli II.95.incip.itē ſtatuimus,Et Reg.pragm.2.ſub tit.de cler.ſeu diacon.Cœtera,quò ad hanc materiam,vide per Iul.Clar.loco cit.Caſus autem,in quibus,quis non gaudet immunitate,vide per Hoſt.in ſum.de immunit.eccl.§.in quantum,Et Bullam æditam per Gregoriū 14. Et aliā Bullā æditam, per Clementem Papam VIII.Et à quo originem traxerit, vt confugiens ad eccleſiam, extrahi non poſſit,vide Coraſ.lib.5.miſcellan.cap.23.quod curioſum videtur.

L. Si ſeruus. A quibus fuerit lata hæc lex,& quòd conſilio Eutropij Eunuchi, idq; Diuo Ioanni Chriſoſtomo maximè diſplicuerit,vt contra Eutropiū,libellum conſcripſerit,Alciat.lib. 2. parerg. cap. 45.

Cyn. *Nota hic, argumentum, quòd quis tenetur indicare furem.*) Adde Gloſ. & alios ſcribentes, in l. inciuilē,inf. de furt. & ſer. corrupt. Et Bar.in l. ſi depoſita, nu. 7. inf. depoſ. Et Anchar. in c. qui cum fure, de furt. Et Salic.in l.vbi autem,§. ſi tibi,ff. de condict.ob turp. cau.

cau. Et vide Affl. in conſtit. in quæſtionibus, nu. 8. lib. 1. fol. 108. Et quid in cauſa hæreſis, an quis teneatur indicare, vide Triuiſan. lib. 2. deciſ. 51. incip. ſatis clarum eſt, vbi concludit, quòd ſic, & ſpeciale dicit, in hoc crimine.

L. Denunciamus. Cyn. *Lex iſta inducitur expreſsè, quòd ſi aliquis timeat offendi, ab alio, quòd poteſt petere ab eo, ſecuritatem, & iudex debet facere eum aſsecurari, &c.)* Sed an iudex debeat, hoc facere, etiam parte non petente? communis eſt, quòd non, ſecundùm Pariſ. conſ. 168. nu. 10. vol. 4. Sed contrariũ practicari, ſe vidiſſe, dicit Iul. Clar. in ſua pract. crim. lib. 5. §. fin. quæſt. 47. verſ. ſed nunquid: Sed intra quãtum tempus, iudex poſſit compellere aliquem, ad præſtãdum dictam cautionem, Iul. Clar. loco cit. verſ. item quæro, dicit, quòd iudicis arbitrio remittitur, qui renouare poterit dictam cautionem, exiſtente eadem cauſa ſuſpicionis, Et vltra ipſum, vide Angel. & Imol. in l. Valerianus, ff. de prætor. ſtipulat. Et an oporteat, vt dicta ſecuritas ſit cum fideiuſſoribus, Et an poſſit admitti iuratoria cautio, ſi fideiuſſoria reperiri non poſſit, vide Clar. d. quæſt. 47. verſ. ſed quæro, vbi inquit, quòd ſic, ſi aliàs homo ille, ſit bonæ opinionis, & vocis, nam aliàs, iudex faciet, vt exulet; Cœtera quò ad hanc materiam, vide per Felyn. in rub. de treug. & pac. verſ. qui timet, vbi ponit nouem declarationes, ad dictum hoc, ſcilicet, quòd timens offendi, poſſit adire iudicem, vt compellat aduerſariũ, ad præſtandum ei cautionem de non offendendo, quas omnino vide. Et vid. Iul. Clar. d. quæſt. 47. Et Hieronym. Magon: deciſ. Lucenſ. 100. Et vide latè per Herculan. in ſuo tract. de cautione, de non offendendo.

L. Præſenti. Circa §. cum autem, huius legis, an in primo decreto requiratur citatio peremptoria, & an tex. hoc probet, vel loquatur, in ſecundo decreto, latè Ludouic. Bolognin. in repet. l. ſi finita, §. Iulianus, nu. 38. & 41. & 43. ff. de dam. infect. poſt alios ibidem allegatos, Et ibi, Michael Vrcur. nu. 39. & 45.

Cyn. *Aut ille, qui fugit ad eam, non eſt catholicus, aut eſt, primo caſu, non iuuabit.)* Quòd Iudæus non gaudeat immunitate eccleſiarum, Gloſ. in l. 1. ſupra eod. Et in Auth. de mandat. Princip. §. publicorum, Oldrad. conſ. 54. an fugiens, in fine. Et Boer. deciſ. 110. incip. & dic,

dic,&c.Et hanc communem dicit Hyppolit.de Marſ. in l.ex ſenatuſconſulto,nu.9.ff.ad leg.Corn.de ſicar.Et alij relati ibi, per eum,Et in l.1.nu.114.inf. de rapt. virgin. vbi etiam refert multos,tenentes contra hanc opinionem,qui frequentiori numero eſſe videntur,ſecundùm Couar. lib. 2. var. reſolut.cap. 20.nu.11.verſ.tertiòdecimò,Verùm ipſe videtur inclinare in opinionẽ,Cyni,Et Iul. Clar.in ſua pract.lib.5.§.fin. quæſt.30. verſ.præterea quæro,vbi veriorẽ,& magis communem dicit.

Cyn. *Tertiò quæritur.)* Ad hanc quæſt. ultra Alberic. hìc, vide Bal. in l.1. ff. de dolo,Et Angel. in l. vtimur, ff. de ſepulchr. viol. & in diſput. ſua,incip. Bononienſis, Et Bar. in l.reos,inf. de accuſat. Et Parid. in tract. de ſyndic. in verb. ſaluus conductus, Et Cott. ſuis memor.in verb.dolum bonum, Et per hanc quæſtionem,deciditur alia quæſtio,an iudex,qui promiſit impunitatem reo, vt confiteretur, ſi confeſſus fuerit, poſſit ipſum punire,ex tali confeſſione,De qua,vide Hyppol.de Marſ. in repet. l. 1. §. quæſtioni,nu.12.ff.de quæſt. Et ſingul. 201.& in pract. crim.fol.24.vbi non poſſe quẽ puniri, ex tali confeſſione,dicit,Et idem Ioan. de Imol.conſ.109.viſa inquiſitione præfata,Et Dec.in reg. ea eſt natura,2.col.ff.de reg.iu.Et hæc opinio,verior uidetur Gramatico,quæſt. 3.incip. notabilis, &c. poſita poſt ipſius deciſiones.

DE IIS, QVI IN ECCL. MANVMIT.

L.1. Ad huius legis,& ſequentiũ declarationẽ, uide Cæſar.Coſtã, uariar.ambig.lib. 1.cap.15.ubi Antiſtites,pro ſacerdotibus, intelligi ait,ex Nicephoro,lib.7.cap.46.repræhenditq; Gloſ. hìc, exponentem,Antiſtitibus, hoc eſt Antiſtite,numero ſingulari.

DE LEGIBVS.

L.1. Quòd hæc poteſtas, de qua hìc, competat etiam Senatui, ut dicit Gloſ. tenet etiam, Ant. Fab.de errorib. pragm. decad. 10.err. 7.

Cyn. *Procedamus ad quæſtiones,& primò quæro quid ſit ius,& quid ſit æquitas.)* Quid ſit æquitas, & in quo conſiſtat, & alià, quò ad hanc materiam, vltra Cyn. & alios hìc, uide latè,& pulchrè,per doctiſs. Præceptorem meum Alex. Turaminum, in rub. de legib. lib. 3.

cap.

cap.3.& ſeq.vbi ad ſaturitatem, Et Angel.Matthæac.de via, & ratione iuris,lib.1.cap.11.

Cyn. *Vltimò quæro,&c.) vt l. placuit, ſed illa lex loquitur, ſecundùm Petrum, in æquitate ſcripta,& vigore non ſcripto.)* Ferdinandus Mendozza, diſput. iur. ciuil. lib.1.cap.3.nu.9. damnat communem ſententiam, præſertim oſtendendo, quòd ſecundùm caſtigatiorem emendationem, non ſit legendum in d. l. placuit, verbum *ſcripta*, teſte Ant. Auguſt. & Duar. vt ibi per eum, qui conciliando hanc. l.cũ d. l. placuit, in ſumma,dicit, quòd hic tex. intelligendus ſit, quando æquitas eſt incerta, & dubia,tex.autem in l. placuit, quando certa, & clara,Et idem,quò ad ſenſum huius legis,videtur ſentire Connan. commentar. iur. ciuil. lib. 1. cap. 11. fol. mihi,48.lit.E. & fol. præcedenti,lit.G. De ſenſu d. l. placuit, & quòd, in ea, non ſit legendum, verbum, *ſcriptæ*, vide etiam, Angel. Matthæac. de via, & ratione iuris, lib. 1. cap. 11. Et Alex. Turamin. in rub. de legib. lib. 3. cap. 3. nu. 45. Et And. Facchin.controuerſ.iur.lib. 1. cap. 3.

L. 2. Relatio non eſt facienda Principi,vbi non eſt neceſſe, & iudex contra faciens punitur,vt hìc, Et adde tex. in l. 3. inf. de off. præfect. orient. vbi quòd vindicta, & non crimina, debeant ad aures Principis peruenire, Et vide in conſtit. Regni in quæſtionibus,lib.1. Quãdo verò ſit cõſultandus Princeps, vide Bal. in l. cùm de nouo,inf.eod. Et Affl.in conſtit.hac lege, nu.12.vbi ponit vndecim caſus.

L. Digna nox. Princeps, licèt ſit ſolutus legibus, tamen non eſt ſolutus dictamine rationis,Bal. in l.2. ſub nu.40.inf.de ſeruit. & aqua. Coraſ. lib. 2. miſcellan. cap.25.vbi etiam,an & Auguſta ſit ſoluta legibus, & concludit,quòd ſic,& ibidèm alia, quò ad hanc materiam. Princeps non poteſt vnum ſtatuere pro ſe, & aliud pro ſubditis, Bal. in c. cùm omnes,5. col. de conſtit. Et Affl. in conſtit. ædictorum, nu. 30. Princeps an ligetur ſtatuto ſuo, latè Surd. deciſ. 13. incip. dictat ordo, vbi,quòd nõ.Princeps ligatur legibus,quando vult,Gloſ.hìc, Et Caſtrenſ. in fine,Bal. in l.4. nu. 8. ff. ad l. Falcid. Roland. de lucr. dot. quæſt.84. in fine.Et an ſententia Sac. Conſ. quæ habet vim legis,in Regno, liget ipſum Regem, vide per Affl.

Digitized by Google

deciſ. 383. incip. licèt hodie, nu. 8. Et vide eund. in conſtit. non ſine grandi, nu. 3. vbi aliqua etiam habes, quò ad hanc materiam, Et vide in conſtit. vt vniuerſis, nu. 13. verſ. quintò quæro, vbi dicit, quòd etiã Rex, in cauſa comitum, debeat iudicare cum voto parium, ſicuti quiuis alius, iuxta d. conſt. Item Princeps cogitur, legis honeſtate, ſeruare iura, quæ ipſe condidit, Bar. in l. imperium, ff. de iuriſd. omn. iudic. Vide Ferdin. Mendoz. lib. 1. diſputat. iur. ciuil. cap. 5. nu. 33. & ſeq. vbi latè, an Princeps ſit ſolutus legibus, Et quomodò hoc intelligatur, Connan. comentar. iur. ciuil. lib. 1. cap. 16. fol. mihi, 68. lit. G. Et per eundem aliqua, pro intellectu huius legis, dicto lib. 1. cap. 8. fol. mihi, 32. lit. B. Et vide Angel. Matthæac. de via, & ratione iur. lib. 1. cap. 34. vbi latè, & pulchrè, an Princeps ſit ſolutus lege naturali, vel poſitiua, Et lectorem meum Alex. Turamin. in l. 2. ff. eod. tit. vbi allegat Diu. Thom. ſuper par. 2. quæſt. 96. artic. 5. diſtinguentem, quòd Princeps coactiuè non ſubijciatur legi, quia ſupra legem eſt, ſed directiuè, ſit ſubiectus, & vide eundem, in l. Princeps, ff. eod. tit.

Cyn. *vltimò ſciendum eſt.*) An ſucceſſor teneatur ſtare geſtis à ſuo prædeceſſore, & quando, vltra Cyn. & Doct. hìc, vide Rodoric. Suarez, alleg. 8. incip. ex duobus, Et Nicol. Euerard. de var. mod. argum. in loco, à plenitudine poteſtatis, nu. 9. Et Rebuff. in tit. de collat. in ipſius prælud. col. 9. & 10. fol. mihi, 258. & ſeq. Et Crauet. conſ. 241. nu. 17. Et quomodò intelligatur, quãdo dicitur, quòd teneatur, vide Euerard. loco cit. Et Pet. Bellug. in ſuo ſpecul. princip. rub. 2. nu. 2. & 3. fol. mihi, 7. Et an ſucceſſor teneatur, quando Regnum eſſet enormiter læſum, vide Suarez, d. alleg. 8. nu. 9. Et Rebuff. loco etiam cit. Et Bar. in l. prohibere, §. planè, nu. 5. ff. quod, vi, aut clam. Vidimus tamen latas leges in Hiſpania, quibus fuerunt moderatæ remunerationes exceſſiuæ, per quas Regnum fuerat valdè læſum, vt in lib. 5. recollection. legum Hiſpan. tit. 10. de donationibus, lege 27. incip. per los procuradores.

L. Non dubium. De vero ſenſu huius. l. an loquatur de actu contra legem, vel in fraudem legis, vide Ferdin. Mendoz. diſp. iur. ciuil. lib. 1. cap. 4. nu. 37. circa medium, & ſeq. vbi,

vbi, quòd loquatur, de actu in fraudem, Et ibidem, quid ſit facere, in fraudem legis, per tex. in l. ita fideicommiſſum, ff. de iur. fiſc. & quid contra legẽ, & vtrũ ſit grauius, concludendo, quòd facere in fraudem, grauius ſit, per d. l. ita fideicommiſſum, & l. officiales, ſupra, de epiſc. & cler. Et per authoritatem Diui Hieron. in Eſa. cap. 12. qui dixit, leuius eſſe, apertè peccare, quàm ſanctitatem ſimulare.

Cyn. *Propter rationem non ſcriptam, poteſt deuiari, & recedi à verbis legis, dumtamen illa ratio, ſit naturalis.*) Quod hìc dicit Cyn. tenet Imo. in c. poſt tranſlationem, nu. 50. de renunciat. vbi allegat Bar. in extrauag. ad reprimendum, verſ. nec ex eorum, Et Abb. in c. ſuggeſtum, nu. 2. de appell. vbi citat Cyn. hìc, Et Affl. in conſtit. aſperitatem, nu. 4. lib. 1. Et adde, quòd talis ratio habeatur pro finali, ſecundùm Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa, limit. 1. nu. 44. & 67. vbi allegat, l. cùm ratio, ff. de bon. damn. Faciunt dicta per Alex. conſ. 24. animaduerſis ijs, in fine, lib. 2. ſcilicet, quòd ſi ratio non ſit expreſſa, & vna ſola reddi poſſit, ea habenda ſit, pro expreſſa, Et à tali licèt argumentari, vt per lectorem meum Alex. Turamin. in rub. de legib. lib. 2. cap. 5. nu. 16. Et quò ad hanc legem, vide Tiraquel. de vtr. retract. in præfat. nu. 31. & de leg. connub. glo. 4. nu. 6. Et alios relatos, per Alphan. collect. 17. Item quomodò iuramentum conualidet pactiones legibus improbatas, tã de iure ciuili, quàm de canonico, Ant. Fab. de errorib. pragm. decad. 12. err. 8. & decad. 13. err. 6. & decad. 21. err. 8.

L. Quod fauore. Circa regulam huius legis, vide, vltra ſcribentes hìc, Doct. in l. ſi Rufinus, inf. de teſtam. milit. Et Alex. conſ. 32. viſa conceſſione, nu. 1. & ſeq. vol. 5. Et Canet. in extrauag. Regni Siciliæ, incip. volentes, nu. 15. & 16. fol. mihi, 81. Et quid interſit inter hanc l. & l. nulla iuris ratio, ff. eod. optimè, ſuo more, idem Lector meus, in expoſit. dictæ legis, nu. 2. & ſeq.

L. leges, & conſtitutiones. Circa materiam huius legis, an, & quando lex, vel ſtatutum, trahatur ad futura, vide Bar. & alios, in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iu. Et Canoniſtas, in c. 2. de conſtit. Et in prohem. clem. Et Pet. Bellug. ſuo ſpecul. princip. rub. 41. in §. leges Regni, verſ. ad ſecundùm, fol. mihi, 131. vbi aliqua refert, quæ notabilia dicit. Sed in cauſa appellationis,

ſeruan-

ſeruandum eſt ius, quod,ſententiæ tempore,obtinebat,Auth. vt cùm de appell. cognoſc. in princ. vt docet Connan. commentar.iu.ciu. lib.1.cap.9.fol.mihi, 38.lit.H.

L. Humanum. Extende ad Papam, cum conſilio Cardinalium, Barbat. conſ.40. incip. clementiſſimum,nu.78. in fine,lib.4. Multoties ponuntur hæc verba, cum conſilio ſapientum, in legibus,ad oſtendendũ,quòd ſint iuſtæ,Iſern.in cap.1. in fine, conſtit.domi.Lothar.Idem Iſern.in cap.1.in verb. itaque,de prohib.feu.alienat.per Lothar.Vide Ioan. Rainau.in cap.Imperialem, §. habito, nu. 1. de prohib. feu. alien. per Federic. fol.27.Item, ad intellectũ huius legis, vide Franciſ. Sarmient. ſelectar. interpret. lib. 3. cap. 14. incip. diſpoſitiones, nu.4. & ſeq.De ſenſu huius legis,aliqua breuiter Connan.commen. iur. ciuil. lib. 1. cap. 8. fol. mihi, 33. lit. G. Item Rex voluntariè poteſt conſulere prudentes, in condenda lege, nõ autem cogitur, licet ſecus ſit in Auguſta, in Regno Hiſpan. vt aſſerit Ioan. à Ceruantes,in præfat. ad leg. Tauri,nu.33.& ſeq. Et quòd in cõdendis legibus,debeat adhiberi cõſilium ſapientis, vt hìc, concordat lex Partitar.Hiſpan.partit.1.tit.1.l.9.

L. Leges Sacratiſſimæ. Tex. hic adduci ſolet, ad oſtendendum, quòd errans in iure, dicatur eſſe in lata culpa,cùm vnuſquiſq; teneatur ſcire leges, vt hic, & ignorans illud, quod vnuſquiſq; ſcit,in lata culpa eſſe cẽſetur,ſecũdùm Gloſ.in l.liberorum. §. notatur, verb. non iuris, ff. de ijs, qui notan. infam. Et Gloſ. in §. ſuſpectus,Inſt. de ſuſpect. tutor. Bar. in l. quod Nerua, nu. 19. ff. depoſ. Salic. in l. ſi nulla, nu. 7. & 9. inſ. de pignor.act. Gomez.in §.ex maleficijs,nu.30.Inſt.de action. Quod tãtùm procedere in iurecõſulto,vel in alio,qui tenetur, ratione officii,ſcire leges,aſſeruit Coraſ. lib.4. miſcellan.cap. 2.nu.11.& 13. Verùm ipſe reprobatur à celeberrimo Iureconſ. Pet. Barboſ. in prælud. l. ſi more,nu. 12.ff. ſol. mat. vbi prædictos allegat, & tandem concludit, quemlibet eſſe in lata culpa,ſi ignorauerit ius,& non cõſuluerit peritiores,ſed ſi conſuluerit peritos mediocriter,liberari à lata culpa,ſed non à leui, quia debebat conſulere peritiſſimos, ſed ſi cõſuluerit peritiſſimos, tunc liberari etiam à leui, vt etiam quando non potuerit cõſulere peritos; ſed in iurecõſulto,indiſtinctè dicit,

quòd

quòd dicatur eſſe in lata culpa, ſi errauerit in iure, ſiue conſuluerit peritiſſimos, ſiue eos conſulere nequiuerit, vt ibi per eum.

Cyn. *Ex hoc arguit Pet. quòd leges ſcribi debent, &c.*) Ad Cyn. hìc, dum videtur ſentire, quòd ſcriptura ſit de eſſentia legis, adde Salic. in l. humanum, ſup. eod. vbi dicit, opinionem hanc, eſſe communem. Sed contra, alij relati per Felin. in rub. de conſtit. col. 2. nu. 3. vbi teſtatur de cõmuni, contra Cyn. Sed pro concordia, Felyn. in d. rub. poſt Bal. in d. l. humanũ, dicit, quòd ſi quæratur de forma ſubſtantiali, ſcriptura non ſit de eſſentia legis, ſi verò de forma accidentali, ſcilicet, vt obliget, tunc ſit de eſſentia, Cui opinioni ſubſcripſit Gregor. Lopez, ad leges Partit. Hiſpan. partit. 1. tit. 1. l. 4. gloſ. 1. in fine.

L. Si Imperialis. Circa intellectum huius legis, in verſ. *cùm igitur*, in verb. *ſenſus*, vide Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæſt. 7. nu. 53. fol. mihi, 14. Vbi etiam habes alias ſignificationes huius dictionis, ſenſus. Et de intellectu §. definimus, Connan. cõmentar. iur. ciuil. lib. 1. cap. 11. fol. mihi, 48. lit. E. Et de ſenſu eiuſdem legis, in fine, ibi, *tam conditor, quàm interpres legum, ſolus Imperator iuſtè exiſtimabitur*, vide per Alex. Turamin. in l. non ambigitur, nu. 8. ff. eod.

DE MANDAT. PRINCIP.

L. Vnic. An notariatus, de quo fit mentio, in hac lege, ſit dignitas, vel officium, vltra Doct. hìc, vide in conſt. conſtitutione præſenti, vbi Addentes.

DE VET. IVR. ENVCL.

L. 2. §. tanta. Quò ad hunc tex. vide, quæ habet Anton. Contius, lib. 1. lect. ſubſeciuar. iur. ciuil. cap. 9. vbi Iuſtinianum hìc, mendacij conuincere conatur. Item vide Anton. Gouean. lib. 1. variar. lect. iur. cap. 29. vbi, ex hoc tex. videtur ſoluere quæſtionem, vter fuerit author l. 1. ff. de leg. 1. Vlpianus ne, an Iuſtinianus.

§. vlt. ibi, *quæ enim vel iudiciali ſententia finita ſunt*, &c. Sed quid in cauſis ap-

pellationis, an in earum deciſione, ſeruandum ſit ius, quod obtinebat tempore ſententiæ, vel potius nouum? Connan.cõmentar.iur.ciuil. cap.9.fol.mihi, 38.lit.G.& H.vbi declarando hunc tex. dicit, non nouum, ſed vetus ſeruandum eſſe, ad quod citat, tex.in Auth.vt cùm de appell.cognoſc.in princip.

DE IVR. ET FAC. IGNOR.

L.1. Cyn. *Sextò, quarò, &c.*) Facit ad dicta per Cyn.hìc, conſtit.Regni, incip. proſequentes, in verſ. militaribus tamen priuilegijs, Et dicta per Affl. ibi, nu. 28. Et adde ad hanc l. Marc. Mant. in ſuo æquilib. lib. 1. primæ par.Cod.Alex.in l.centurio, nu.20. ff.de vulg. & pupill.Gomez.ad leges Tauri, commentar.in l. 51.cum tribus ſeq.nu.59. vbi ſequitur Cyn. in eo, quòd dicit, milites noſtri temporis, gaudere priuilegijs militũ, dum ſtant pro defenſione Reipublicæ. Et idem Alex. loco cit. Et ibidem Ripa Soc. Iun. Aquilin. & alij Moderni.

L.2. Per hunc text.infert Iſer. in conſtit. in aliquibus, col. 6.verſ. ſed ſi fratre dicẽte, quòd ſi frater, qui de iure Regni, excludit ſororem, eam dotando, dixerit nolle maritare, ſed quòd ſoror ſit hæres cum ipſo, & ſoror dixerit, ſe velle eſſe hæredem, non poterit deinde, fratrem pœnitere, Et ſequitur Affl. ibidem, nu. 29.

L. Cùm quis. Cyn. *Octauò quarò, &c.) quædam gloſ. dicunt, quòd per præſcriptionem tollitur naturalis.*) Vide Bar.in l.fin. §. procurator, ff. rem rat. hab. Et in l. 3. §. ex hac cauſa, ff. quod quiſq; iuris, Et Alciat.in l. creditores, ff. de verb. ſignif.

DE PREC. IMPER. OFFER.

L. Quoties. De conciliatione huius legis, cum l. ſi ante, inf. de pact. int.empt.& vend.vide Ant.Fab.de errorib.pragm.decad.25. err. 2. Et de intellectu huius tex. ibidem, Et err. 1. & 3. Vbi etiam, quòd hìc non ſit legendum, *permittitur*, ſed, *remittitur*. Nec agatur de reſcriptis, per quæ debitoribus conceduntur moratoriæ, ſed per quæ ſolùm conceduntur exceptiones dilatoriæ. Item quatenus Cagnol.in l.2. quæſt.34.inf. de pact.int.empt.

& vend.

& vend.dixit, probari ex hoc tex. per argumentum, à ſimili, quòd Princeps poſſit prorogare tempus,in conuentione præfixum ad retrouendendum, adde quòd non poſſit, neq; hic tex.probet, eundem Ant. Fab. d err. 1. An induciæ, & dilationes,poſſint concedi à Principe,debitoribus,abſq; peccato,quòd ſic,concludit Teſſaur.in deciſ. 186.incip.induciales. Et quid,ſi debitum eſſet iuratũ? Affl.deciſ.5. Dominus Rex, poſt multos Doct. concludit,quòd non poſſit.Idem Teſſaur. de quo ſupra,nu.4.De eadem re, latè Surd.cōſ.299. iuſtificari.vol.2.Itē hoc limitatur ſecundùm Teſſaur.quando concederetur à Pontifice,vel quãdo quis,ante impetratas inducias, obtinuit abſolutionem iuramenti ab epiſcopo,vel quando de conſuetudine aliud obſeruaretur, vt per eundem, nu.5. & 6. Dicit inſuper, non eſſe concedendas, ſi præceſſerit ſententia condemnatoria, in contradictorio iudicio, poſt Guid. Pap. quæſt. 97. etiam ſi ſententia eſſet de proximo ferenda, poſt Natt. quem allegat, verſ. declaratur quartò. Item nec poſſe concedi, quando debitor inficiatus eſſet debitũ, vt in verſ.quintò declarat:Et neq; etiam quando eſſet renunciatum illis,expreſsè,cũ iuramēto,nu.8.Nã(inquit)nō debēt cōcedi,niſi exiſtente legitima cauſa, conſiderata qualitate perſonarum,& concurrente magna difficultate ſolutionis,vt nu. 7.Et in fine deciſ.dicit,quòd non poſſint concedi,niſi à Principe,nō autē à Baronibus. Et an induciæ generaliter cōceſſæ, extendantur etiam ad debitũ alimentorum? vide Surd. deciſ. 323. quæſtione pendente,nu.3. vbi concludit,quòd non. Et vide in hac materia, Carauit. Ritu 287. Item induciæ non valent contra Neapolitanos, per priuilegium eis conceſſum, vt in cap. 64. inter cap. & priuil. Regis Catholici.

Cyn. *ſextò quæro.*) Adde eundem Cyn.& ibidem Salic. in l. tam mandatori, inf. de non num.pec. Et quòd,quãdo reus comparet, ad defenſionem fideiuſſoris, & opponit de dilatione ſibi conceſſa,proderit etiam dilatio fideiuſſori, poſt Cyn. hìc, & Bal. nu.5. & in d. l. tam mandatori,nu.8.& alios, Surd.deciſ.301. reſcriptum, nu.16. Et Carauit. Ritu, 287. nu.16. & ſeq. Vbi videtur,hoc limitare, quando dilatio eſſet conceſſa aduerſus omnes creditores,quia tunc,ex quo eſt conceſſa etiam aduerſus fideiuſſores, non poterit debitor comparere pro ſuo intereſſe,cùm nullum habeat, Et ibi,nu. 17. quòd non proſit fideiuſſori

iuſſori exceptio diſcuſsionis, vel cedendarum, quando eſſet renunciatum his exceptionibus, vel quando eſſet conceſſa dilatio generalis, contra omnes debitores.

L. Vniuerſa. Quando conceditur dilatio à Principe, debet præſtari cautio, Concordat Ritus Mag. Cur. Vic. 287. incip. itē quia iudicia. Et de ſenſu huius tex. & de quibus moratorijs loquatur, & de alijs circa materiam moratoriarum, vide Ant. Fab. de errib. pragm. decad. 25. err. 1. 2. 3. & 4.

Cyn. *Aut debitor, &c. Secundo caſu, ſi habet dilationem à lege, cauere tenetur, vt ff. de iudic. l. 2. § pen. Et tenetur cauere ſine fideiuſſoribus.*) Quando quis habet dilationē à lege, an teneatur ſatisdare, etiam ſi iuſta cauſa ſatisdandi non interueniat? Glo. in l. 2. ff. ſol. matr. tenet, quòd non, per tex. in l. in omnibus, ff. de iudic. Sed contra, Paul. de Caſtr. ibidem, nu. 6. Et Rip. nu. 34. Quos refert, & ſequitur Petr. Barboſ. in ead. l. 2. nu. 29. per hanc l. dicens, quòd d. l. in omnibus, procedat in dilatione conuentionali, vt etiam ſenſit Cyn. hic; Et an quemadmodum tenetur ſatiſdare in contractibus bonæ fidei, ſic etiam teneatur in contractibus ſtricti iuris? Alex. in d. l. 2. dicit, quòd ſic, Et Affl. deciſ. 108. procurator, Quod verius, & receptius dicit eſſe, idem Pet. Barboſ. loco cit. nu. 28. Contrarium tamen voluit Glo. ibi, Et Bar. nu. 11. Et Zaſ. nu. 36. Et ab hac opinione non eſſe recedendum, in iudicando, dicit Claud. in ead. l. 2. nu. 19. Et Iaſ. in §. actionum, Inſtit. de action.

L. Si quis aduerſus. Nota, quòd quando ſunt duæ ſententiæ conformes, à ſupremis iudicibus latæ, vt à Sac. Conſ. non poteſt amplius reclamari, Tantò magis quando, vt ſolet, imponitur perpetuum ſilentium, Bal. in l. fin. nu. 3. inf. de reuoc. donat. Amplia, etiam quòd non ſint vna poſt aliam, Cyn. in l. 1. inf. ne lic. in vn. ead. cau. ter. prouoc. Dominus de Franch. deciſ. 135. indubitati. Amplia, ſiue ſentētię ſint latę ex eiſdē actis, ſiue ex ex alijs probationibus, ex generalitate huius legis. Limita, quando vna ex ipſis ſententijs, eſſet nulla, nō enim eſſet ſentētia, l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. etiam ſi talis ſententia, eſſet approbata, quia non valeret in vim ſententiæ, ſed tantùm in vim pacti. Doct. in l. 2. inf. commun. vtriuſq; iud.

Auth.

Digitized by Google

Auth. quæ ſupplicatio. Satiſdatio, de qua in hac auth. an præſtanda ſit, pro forma, vide Ioan. Vincent. de Anna, ſingul. 46. vbi refert deciſiones Sac. Conſ. Et an hæc Auth. habeat locum, vt mandetur ſententia executioni, etiam ſi non per viam ſupplicationis, vel reuiſionis, ſed per viam reſtitutionis in integrum, condemnatus recurrat, poſt Affl. deciſ. 356. nu. 5. & alios, latè Teſſaur. deciſ. 181. vbi concludit, non eſſe ſuperſedendum in executione, ſi eſſet retractabilis, ſed ſi eſſet irretractabilis, vt incriminalibus, vbi agitur de ſanguine, eſſe ſuperſedendũ, ex ijs, quæ ſcribit D. de Frãch. deciſ. 139. Et ibidẽ Teſſaur. limitat quando petita reſtitutione, ſtatim pars doceret de iure ſuo, ſaltem ſemiplenè, & ceſſaret præſumptio fraudis, & malitiæ, poſt Maſcard. de probat. lib. 3. concl. 1275. nu. 18. Item quando ſubeſſet cauſa reſtitutionis, & in promptu oſtenderetur læſio, Sed an, in terminis huius tex. ſufficiat debitori cõdẽnato, conſtituere ſe in vinculis, vt poſtea, proſequi valeat reuiſionẽ ſententiæ, vel potius teneatur pati executionẽ in bonis? Dic quòd pati teneatur, facta autẽ diſcuſſione bonorum, quæ non exiſterent, poſſet conſtituere ſe in vinculis, & proſequi. Ita colligitur ex Capic. deciſ. 169. in cauſa hæredum, Vrſill. ad Affl. deciſ. 231. nu. 4. Et cõcordat cum hac Auth. Ritus Mag. Cur. 252. incip. item ſi contingat, Vbi vide Carauit.

L. Reſcripta. Dum in hoc tex. dicitur, reſcriptum, quod indulget crimen ſupplicanti, validum eſſe, quæras an idem ſit in ſecundo reſcripto, non facta prius mentione, per ſupplicantem, de alia gratia obtenta per primum reſcriptum, & ſic an volens obtinere ſecundam gratiam, teneatur facere mentionem de prima gratia, vt ſi non fecerit, ſecundum reſcriptum, & ſic, ſecunda gratia, ſurreptitiè dicatur obtenta, De quo vide Bal. in l. 3. ſupra de epiſcop. aud. Et ibidem in addit. ad Iacob. Butrig. in l. nec damnoſa, ſupra eod. tit. Et ibidem vide Iaſ. nu. 3. Quibus in locis habes, quòd ſecunda gratia non valeat, Et vltra allegatos, vide citatos per Dec. in l. liberos, nu. 5. inf. de collat. Et ꝑ Grãmat. voto 10. cœleſtis curiæ, nu. 12. Et vltra, per hos, allegatos, vide Ruin. cõſ. 27. viſis ijs, nu. 4. & cõſ. 28. pro intelligentia, nu. 4. vol. 1. Et Pariſ. conſ. 74. gratia, nu. 1. & ſeq. eod. vol. Ratio autem præcipua eſt, quia ſi Princeps ſciuiſſet de alia gratia, aut non conceſſiſſet ſecundam, aut diffi-

O cilius

cilius conceſsiſſet,Et vide Felyn.in c. poſtulaſti, col.4. de reſcript.& in c. ex literis,col. 1.in fine,de off. delegat.Barbat.in c. ſuper literis,col. 34. de reſcript.Et D.de Franch.deciſ.330. incip. Dominus Caprilionus, nu.3.

Cyn. *Aut Imperator vult mihi auferre rem meam,cum cauſa rationabili,aut ſine cauſa, primo caſu, poteſt*.) Adde relatos per me,in addit. ad eundē Cyn.in d. l. ex hoc iure,ff. de iuſt. & iur.Et ibidem vide, quæ ſit iuſta cauſa. Et an,quando cum cauſa agit, teneatur ſoluere pretium, vide Archid. in can. per principalem,nu.1.9.quæſt.3.Et Felyn. in c. in quæ in eccleſiarū,nu.28.de conſtit. Et Dec.in l. id,quod noſtrum, col. 2. nu. 3.ff. de reg. iur. Et Florian. in l. ſi locus, §. cùm via, nu.3. ff. quemadmod.ſeruit. ammitt.Et alios relatos,in d.l.ex hoc iure,Et Nicol. Euerard.de var.mod.argum. in loco,à plenitudine poteſtatis,nu.14.fol.mihi,797. Qui,ad probandū,quòd ſic,allegat bonum tex. in l.ſerui, inf. ex quib. cauſ. ſeru. pro præm. libert. accip.& in l. venditor. §. ſi conſtat,ff. commu.præd. Quo præſuppoſito pro vero,limita,non procedere,quando Princeps generaliter auferret res omnibus, ſecundùm Dec.conſ.250.in cauſa Piſtorienſi,nu.10.Et Alex. cōſ.190.maturè conſideratis,nu.15.vol.2.Et Angel.cōſ.136. Nam tunc,recompenſatio non requiritur; Item nec etiam requiritur,quando ob demeritum,tolleret alicui dominium, ſecundùm Dec. & alios,in d. c. quæ in eccleſiarum;Sed an hoc, quod dictum eſt in Principe, procedat etiam in Ciuitate, vt poſſit etiā ipſa tollere alicui dominium?Vide Bar.in l. toties, ff. de publician. Et Dec. in d. c. quæ in eccleſiarum,nu.24.& in c. ex parte, ſecundo huius initij, nu.7. ff. de offic.deleg.Et alios relatos per me,in d.l.ex hoc iure.

Cyn. *Secundo caſu*.) Adde an hoc procedat etiam in dominio,quæſito de iure ciuili, Crauett. conſ.135. verba decreti, nu.20. Et Felyn. in d.c. quæ in eccleſiarum, nu.49.de conſtit. Et Rodoric. Suarez,in repet.l.quoniam in prioribus, nu.15. inf. de inoffic.teſtam.fol. mihi,286.Et alios,relatos per me, in addit. ad Cyn.in l.Barbarius,ff. de offic.prætor.Et an etiā procedat quādo Princeps vellet tollere,quod ipſe cōceſſit,vide Felyn. in d.c.quæ in eccleſiarū,nu.48.Et alios, relatos per me,in d.l. Barbarius. Et an etiam procedat quando Princeps haberet rem communem cum altero, & vellet donando alteri, totam concedere, & ſic etiam partem ſocij, vide tex. in l. 2. inf. de

com-

commun. rer. alien. Et Bar. in l. fin. inf. ſi cont. ius, vel vtilit. public. Et Felyn. in d.c. quæ in eccleſiarum, nu. 51. vbi allegat alium tex. in l. 1. C. de vendit. rer. fiſc. lib. 10. Et Alberic. in l. 2. ſup. eod. tit. nu. 1. col. 3. Et an procedat, vt neq; etiam poſſit de plenitudine poteſtatis, vide Dec. in d. c. quæ in eccleſiarum, nu. 24. Et Alex. conſ. 216. nec arguendi, nu. 9. vol. 2. Et ibi per eum relatos, Et Camill. Salern. in addit. ad prohem. noſtrarũ conſuetud. Et Crauett. in tract. de antiq. temp. par. 1. in princ. nu. 17. fol. mihi, 6. Et alios relatos per me, in d. l. Barbarius. Et vide latè Surd. conſ. 203. bona omnia, nu. 19. vol. 2. vbi innumeros allegat. Et an etiam procedat quando tractaretur de modico præiudicio, an tunc etiam ſine cauſa, non poſſit? De quo, vide Dec. in d.c. quæ in eccleſiarum, nu. 26. Et ibidem Felyn. & alios, Et Alex. d. conſ. 216. nu. 12. & 18. Et Tiraquell. in tract. de iudic. in reb. exig. ferend. nu. 70. Et facit tex. in l. 2. ſup. eod. tit. De huiuſmodi autem materia, vide per me, in addit. ad Cyn. in d. l. Barbarius, & in l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iu. Et latè per Doctiſs. Carol. Tap. in rub. ff. de conſtit. Princip. cap. 2.

Cyn. *Sed tamen quantum ad obſeruantiam, qualitercunq; ſcribat, debet ſeruari, nam ſemper reſcriptum ſuum ſupponimus, ex iuxta cauſa, interpoſitum.*) Adde Cyn. in l. fin. inf. ſi contr. ius, vel vtil. public. Et ibidem alios Doct. Et Alberic. in c. quanto, col. 5. de iureiur. Et Felyn. in d.c. quæ in eccleſiarum, nu. 60. de conſtit. Et Doct. in d. l. Barbarius, Et ibi alios, per me allegatos, in addit. ad Cyn. Et ibidem, vide an admittatur probatio in contrarium, Et vltra ibi allegatos, vide Felyn. in d.c. quæ in eccleſiarum, nu. 60. Et ibidem Ant. & Imol. Et quomodò intelligatur, quòd in Principe præſumatur iuſta cauſa, & quando præſumatur, vide Ruyn. conſ. 46. ſuper ijs, nu. 7. & 9. vol. 1. Et an præſumatur etiam iuſta cauſa, quando Princeps aliquid facit, ad alterius poſtulationem, & an factum teneat, Cyn. in l. 4. in fine, ſup. eod. tit. Et Dec. in d. c. quæ in eccleſiarum, nu. 29. Et Salic. in l. 2. ſup. eod. tit. Et Hippol. de Marſ. ſingul. 6. incip. in Principe, Et Rom. conſ. 436. quod indultum, nu. 19. Et Ruyn. conſ. 41. de duobus, nu. 23. vol. 1. & cõſ. 175. nu. 12. eod. vol. Et Barbat. cõſ. 2. nu. 13. vol. 4. Et Curt. Iun. conſ. 170. nu. 25. Et Nicol. Euerard. de var. mod. argum. in loco à plenitudine poteſtatis, nu. 17. fol. mihi, 799. Qui omnes communiter concludunt, quòd ad importunita-

nita-

tatē potius alterius, quàm ex iuſta cauſa facere dicatur, Et ob id Curt. Iun. loco cit. dicit, quòd in talibus, patitur Princeps, vt inferior ei non obediat, ſed reſcribat ipſi Principi, vel expectet ſecundam iuſſionem, quæ tantum operatur, quantum motus proprius ipſius Principis, ſecundùm Bal. in l. nec damnoſa, ſupra eod. tit. Quem ſequuntur Adden. ad Butrig. ibidē, Et Rom. in l. 3. §. hæc pœna, nu. 5. ff. quod quiſq; iu. & in l. ſi verò, §. de viro, nu. 56. in 31. fallent. ff. ſolut. matr. Vbi notatu dignum exiſtimat, quia alibi ſe legiſſe non meminit; Quibus adde Anton. de But. in c. 1. de reſcript. Et Iaſ. in d. l. 3. nu. 6. ff. quod quiſq; iu. per tex. in Auth. vt nul. iudic. §. & hoc verò iubemus, Et Rubeum Alexandrin. conſ. 147. viſo inſtrumento, nu. 18. Et Corn. conſ. 140. repetito, nu. 4. vol. 2. & cõſ. 59. nu. 10. eod. vol. Et Pariſ. conſ. 1. nu. 43. vol. 1. Et Gramm. conſ. 99. ſuper puncto, nu. 14. 21. & 27. & conſ. 100. nu. 49. fol. mihi, 453. Quod tamen intelligas, ſecundùm eund. Bal. in l. 2. C. de petit. bonor. ſublat. nu. 7. lib. 10. quem refert Iaſ. in d. l. nec damnoſa, quando in ſecundo reſcripto, fieret mentio de primo, aliàs ſecus. Item in Principe non præſumitur iuſta cauſa, quando vellet reuocare aliqua, ad quæ eſſet obligatus de iure naturali, vel gentiū, ſecundùm Felyn. d. c. quæ in eccleſiarum, Et ibidem Dec. Quos refert Capic. deciſ. 166. incip. in cauſa Illuſtr. dominorum, nu. 8. Et an in dubio, Princeps præſumatur, aliquid feciſſe, ad poſtulationē partis, vel motu proprio, vide Aluar. Valaſc. deciſ. 25. incip. Vlpianus, nu. 17. vbi dicit, ad partis poſtulationem præſumi, & ad id multos allegat. Parui tamen refert, an in Principe præſumatur iuſta cauſa, necne, cùm vtroq; caſu, teneatur ſoluere pretium, ſecundùm Nicol. Feſtaſ. in ſuo tract. de collect. par. 4. cap. 6. quæſt. 15. nu. 13. Et Dec. in d. c. quæ in eccleſiarum, nu. 24. & 28. Exceptis tamen duobus caſibus, quos poſuimus in ſecunda addit. De hac autem materia, quando Princeps poſſit auferre dominium, & de alijs, vide per Cyn. & per me, in addit. ad eum, in l. Barbarius, ff. de offic. præt. Et in l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iu. Et per Doct. in l. fin. inf. ſi cont. ius, vel vtilit. public.

SI CONTRA IVS VEL VTILITAT. PVBLIC.

L.1. Circa intellectum huius legis,an com miſſa cognitione cauſæ, intelligatur commiſſa eius diffinitio, vide latè Paul. Orian. in repet. huius legis.

L. Et ſi legibus. Quò ad ſenſum huius tex. vide Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 4. caſu 314. nu. 5. fol. mihi, 521.

L. Omnes. Cyn. *Sed ſecundùm Gloſ. quæro an ſufficiat generaliter dici, non obſtante lege, vel oporteat nominare eam? dicitur, &c.*) Adde alios Doct. hìc, Et Offred. in l. vnic. ſupra de Senatuſconſ. Et Iacob. Butrig. in l. fin. in fine, ſupra, de ſacroſ. eccleſ. Et ibidem Bart. nu. 11. Et Gloſ. Et Bal. in l. 1. de petit. bonor. ſublat. lib. 10. Et Ioan. Fab. in l. reſcripta, in princ. ſupra, de precib. Imp. offer. Et Paul. de Caſt. in l. 2. nu. 1. Et ibidem Alberic. eo. tit. de precib. Imper. offer. Et Bal. in l. impetrata, nu. 4. inf. ſentent. reſcind. non poſſ. Et Rom. in l. ſi nõ ſpeciali, nu. 13. inf. de teſtam. Et Doct. in l. cauſas, inf. de tranſact. Et Felyn. in c. nonnulli, vbi latè, nu. 3. verſ. amplia primò, & ſeq. nu. de reſcript. Et ibidem Anchar. Communis tamẽ opinio eſt, ſecundùm Paul. de Caſt. loco cit. quòd ſufficiat clauſula generalis, non obſtante aliqua lege, nec requiratur ſpecificatio, Et de communi etiam teſtatur, in d. l. cauſas, nu. 2. Et ita tenent innumeri, quorum aliquos refert Alex. conſ. 134. nu. 10. vol. 1.

Cyn. *Tertiò quæro, &c. Quid dicemus? dicit Iacob. de Rauen. quòd ſi non habet ſecundam iuſſionem, præſumatur falſum.*) Iuſſio ſecunda Principis, habet vim clauſulæ motus proprij, quando, in ſecunda iuſſione, fit mentio de prima, ſecundùm Bal. in l. nec dãnoſa, ſup. de precib. Imp. of- Quem ſequuntur Adden. ad Butrig. ibidem, Et Rom. in l. 3. §. hæc pœna, ff. quod quiſq; iu. & in l. ſi verò, §. de viro, nu. 56. ff. ſol. matr. Et dixi, in l. reſcripta, ſup. de prec. Imper. offer. vbi alios retuli, Quibus adde Franciſ. Marc. in deciſ. Parlam. Delphin. quæſt. 809. nu. 1. fol. 302. & quæſt. 189. nu. 1. & 4. fol. 50.

Cyn. *Vlterius quæro, &c. ibi, ſuper periurio diſpenſare.* Adde Carauit. Ritu 287. nu. 7. & ſeq. Et quando Princeps ſecularis poſſit contractum iuratum annullare, vide Alex. conſ. 37. aliàs, 38. vol. 3. Ho-

ſtienſ. in c. quemadmodum, de iureiuran. Et latè Grammat. deciſ. 12. vbi alios allegat, Et vide Petram. de poteſt. Princip. cap. 19. nu. 13. cum ſeq. & cap. 20. Doct. in c. conſtitutus, de reſcript. Latè Surd. conſ. 299. iuſtificari, vol. 2. Carauit. ſuper pragmat. per excellentem, §. 17. incip. & acta, nu. 5. & ſeq. ſub rub. ad ſenatuſcon. Maced. Et quomodò Princeps poſsit tollere ius quæſitum, Et an detur, in eo, poteſtas abſoluta, Ant. Fab. de errorib. pragm. decad. 25. err. 1.

DE DIVERSIS RESCRIPTIS, ETC.

L. 1. Hæc lex poteſt adduci in argumentum, quòd quando ſunt plures, in ſolidũ obligati, ſi vocentur ſuper tenore inſtrumẽti, iuxta formam Rit. Mag. Cur. 166. incip. debitores, vel debitrices, & vnus tantùm compareat (vt dicitur) de ſero, & purget moram, talis comparitio proſit alijs, & ita quotidie practicatur in Mag. Cur.

L. Falsò. Circa intellectum, & ſenſum huius legis, vide Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 3. caſu 202. nu. 77. fol. 407. & caſu 204. nu. 2. fol. 410. Et vide, ad hanc legem, cumulatos per Alphan. collect. 399. Et alios, in miſcell. Mart. Anton. del Rio.

L. Sacri affatus. In hoc tex. ibi, *quæ in chartis, ſiue membranis*. Nota, quòd priuilegia valeant, ſiue ſcribantur in chartis bombicinis, ſiue in membranis, Et eſt tex. in c. cùm dilecta, §. nos igitur, de confir. vtil. vel inutil. Iſern. in conſtit. conſuetudinem, lib. 1. fol. 98. col. 2. Idem in teſtamentis, vt per eum ibi, per tex. in l. quoniam indignum, infr. de teſtam. Inſtrumẽta autẽ, licet de iure cõmuni, poſsint ſcribi, etiam in chartis de papiro, & mẽbranis, vt per Bar. in l. in cõmodato, §. ſicut, nu. 7. ff. commod. Vbi additio, Et per Angel. Et Salic. in d. l. quoniam indignum; tamen, de iure Regni, non poſſunt ſcribi, niſi in pergamenis, præterquàm ſi ſint apochæ, vel antapochæ, aliàs nullam fidem faciunt, vt in d. conſtit. conſuetudinem, de inſtrum. confic. vbi Doctores.

L. Vniuerſa. Cyn. *Hic fuit diſputatum inter Placen. & alios Doct. Bononiæ, An clauſula, ſi pre-*

ſi preces veritate nitantur, vel ſi ita eſt, ſit de ſubſtantia.) Adde, quòd in reſcriptis ad lites, de quibus loquitur hæc lex, ſit de ſubſtantia hæc clauſula, adeo vt ſi non ponatur, nullum afferant beneficium. Vel ſaltem, hæc clauſula ſubintelligenda ſit. c. 2. de reſcript. Sed in alijs reſcriptis non ad lites, non eſt neceſſaria hæc clauſula, ſecundùm Rebuff. in ſua pract. benefic. lib. 1. de reſeruat. nu. 54. & ſeq. fol. mihi, 113. Et hæc clauſula, tantum operatur, vt ſi poſtea reperiatur, contenta in ſupplicatione, non eſſe vera, reſcriptum ipſum non valeat. Quod tamen intelligas, de illis rebus, ex quibus motus eſt ipſe Princeps ad reſcribendum, & non de alijs, Et ſic dicta clauſula, referri debet, ad ea, quæ poſſunt mouere reſcribẽtem, ad concedendum, quæ conceſſit, & non ad ea, quæ ipſum nõ mouerẽt, ſecundùm Corn. conſ. 227. videtur prima facie, nu. 7. vol. 2. per tex. in c. ſuper literis, iuncto d. cap. 2. de reſcript.

DE OFFIC. PRAEFECT. PRAET. ORIENT. ET ILLIR.

L. Normam. Pro explicatione huius legis, vide Alciat. lib. 2. Paradox. cap. 9. qui reiecta opinione Bar. & Odoffred. dicentium hanc legem intelligi in eis tantùm prouincijs, quibus præeſt præfectus prætorio, eo quòd, ſi ſic eſſet, nihil præfecto prætorio ſpecialiter tribueretur, cùm, & cœteri magiſtratus id facere poſsint, concludit, quòd ſi præfectus prætorio, legem, in ſua prouincia, generaliter promulgauerit, dummodò Imperialibus conſtitutionibus non repugnet, aſtringat omnes, etiam eius iudicio non ſubiectos, & ad hoc allegat l. apertiſſimi, inf. de iudic.

L. Si quos. De intellectu huius tex. & de concordia ipſius, cum l. 2. inf. de offic. præfect. Auguſt. vide Foller. in conſtit. Regni, Capitaneorum, nu. 152. & ſeq. de magiſt. iuſtit. fol. mihi, 146.

DE OFFIC. PRAEF. PRAET. APHR.

L. 1. Ex hac l. in principio, ibi, *vidimus venerabiles viros, qui abſciſſis radicitus linguis, pœnas ſuas miſerabiliter loquebantur*, colligi dicunt nonnulli, & præcipue

cipuè Crot. in l.1.ff.de verb.oblig. ſcribentem propriè loqui, & ad nutum quoq; loquelam extendi poſſe, quòd tamen nunquàm dixiſſent, ſi Nicephorum, authorem eccleſiaſticæ hiſtoriæ, lib.17.cap.11. vidiſſent, ſecundùm Cæſar. Coſtam, variar. ambig. lib.1.cap.3. Non enim nutu, vel ſcriptura, ſed clara, & articulata voce loquebantur, vt hinc miracula omnibus audientibus exhiberent; Itèm in antiquis codicibus, nō legi hìc, *miſerabiliter loquebatur*, ſed *mirabiliter*, authoritate Antonij Auguſtini, teſtatur.

DE OFFIC. COMIT. SAC. PALAT.

Quare emphiteuticarij, dicātur perpetuarij, optimè Connan. commentar. iur. ciuil. lib.7. cap.12. fol. mihi, 457. lit. G.D.

DE OFF. PRAEF. AVGVST.

L. Præfectus. De concordia huius legis, cum l. ſi quos, ſup. dè offic. præfect. prætor. Orient. & Illiric. vide per Foller. in conſtitut. Regni, Capitaneorum, de mag. iuſtitiar. nu. 152. & ſeq. fol. mihi, 146.

DE OFFIC. VICAR.

L. 1. De quò Vicario intelligatur hæc lex, vide Coraſ. lib. 3. miſcellan. cap. 19. nu. 12. vbi contendit, intelligi debere, de eo, qui ordinariam iuriſdictionem habet, Et idem Riminald. Iun. tacito tamen nomine Coraſij, vt refert præceptor meus Pyrr. Alfan. in commentar. ad Rub. ff. de off. eius, nu. 62.

VT OMN. IVDIC.

L. Vnic. Quòd iudex debeat parere Syndicatui, concordat conſtitut. Regni, volumus, lib. 1. Et cap. Regn. 132. incip. Item ſtatuimus, quòd tā iuſtitiarij, Et cap. Regni incip. nouas formas, Et Reg. Pragm. incip. Regiæ dignitati. Quod adeò verum eſt, vt nec ad aliud officium promoueri poſsit, niſi demoſtret literas ſyndicatus, quas liberatoriales appellant, vt per Rit. Mag. Cur. Vicar. 295. incip. Itē ꝙ quilibet officialis.

Quod

Quod bene hodie ſeruatur, Et de ſtylo Regiæ Cancellariæ, apponitur, in Regijs commiſsionibus, clauſula, quòd hactenus admitti debeat, quatenus reddiderit rationem de alio officio, quod forte geſserit, Imò debet dare fideiuſſorẽ de ſtando ſyndicatui, finito officio, vt per Luc. de Penn. in l. ſiquis decurio. C. de decurionib. lib. 11. Et Parid. in tractat. de Syndic. in verb. fideiuſsit, in princ. col. 2. Quæ fideiuſſio hodie capitur in Regia Camera Summariæ, Item cum hac lege, quò ad tempus ſyndicatus, concordat d. conſtit. Regni, volumus, Verùm per ſupra allegatũ Regni cap. itẽ ſtatuimus, hoc tẽpus redactum eſt ad 40. dies, pro quolibet anno, qui 40. dies diuiduntur, vt 20. ſtatuantur ad porrigendum querelas, & reliqui 20. ad proſequendum eas, ſecundùm Parid. in d. tract. de Syndic. §. & modò videndum eſt, nu. 1. Prout hodie ſeruatur, Et vide Carauit. d. Ritu, 295. Bene tamen verum eſt, quòd quando datur ſyndicatus in Mag. Cur. pro officio geſto in prouincijs, prorogari poſsint 20. dies ad proſequendum, habito reſpectu, ad diſtãtiam locorum, vt iudicari vidi per Sac. Conſ. in Aula doctiſsimi, & perſpicaciſsimi D. Nicol. Antonij Gizzarelli, in cauſa ſyndicatus Ioan. Baptiſtæ Salamonis, cum Vniuerſitate Aquilæ, in bancha de Guido, ad relationẽ Marci Antonij Morræ, Iudicis Mag. Cur. Vic. Viri quidem, nõ minus, in iure, cõſummatiſsimi, quàm optimi, In qua cauſa, terminus ad proſequendum, fuit prorogatus in triginta dies.

Item, ad hunc tex. ibi, *iuratoriæ cautioni tantùm commiſſus*, adde conſtit. Regni, humanitate, lib. 2. Et vide ibi per Scribentes, an d. cõſtit. corrigat hanc legẽ, Et concludunt, quòd non, Et ſic, quòd officialis, accuſatus criminaliter in ſyndicatu, non teneatur præſtare fideiuſſoriam cautionem, de qua loquitur illa conſtitutio, ſed ſatis ſit, quòd iuret, vt hìc.

In eadem lege, ibi, *adminiſtrationem autem deponere non volumus*, &c. adde pragm. editam per Imper. Carolum V. in anno 1536. ſub tit. de offic. iudic. in ordine 2. Quæ poſtea fuit confirmata, in anno 1568. vt in pragmat. 10. eod. tit.

Deniq; de explicatione eiuſdẽ legis, ibi, *attamen quinquaginta librarum auri mulctam publicis calculis inferre cogetur*, vide Ant. Auguſt. ad Modeſtin. in l. ſpadonem, verſ. neq; librarios, neq; calculatores, ff. de excuſat. tutor. vbi, *publicis calculis*, exponit, publicis rationibus,

Et ibidem ponit alias huius vocis ſignificationis, De quo dicemus,etiam infra,in rub.de error. calc.

DE OFFIC. EIVS, QVI VIC. ALIC.

L. Suggerente. De intellectu huius legis, vide Robert. Marant. ſuo ſpecul. par. 4. in tit. an ſit iudicium ordin.vel deleg. nu. 21.fol.mihi,32.à ter.Item vide Nicol.Bellon.lib.1.ſupputat. cap. 12. vbi(reprobata opinione, tàm Bar. quàm communi, quæ eſt,vt Vicemgerens ſtrictè,ſignificet ſolùm eũ,qui à ſuperiore,largè verò,etiam eũ, qui ab inferiori iudice poſitus eſt) docet nullam,inter hos, eſſe differentiam, ita vt vterq; æquè propriè,tam Vicẽgerẽs,quàm Vicarius dici poſsit;Fatetur tamen,ipſos,diuerſo modo,vicem gerere,nam is, qui à ſuperiore conſtituitur,ſiue Vicarius,ſiue Vicemgerens vocetur,non repræſentat perſonam,ſed locum,& officium vacans,& ſic non eſt delegatus,ſed ordinarius(Et ratio eſt ſecũdùm ipſum Bellon. poſt Bar. quia conſtituitur, quando magiſtratus eſt abſens, vel defunctus;)qui verò ab inferiori magiſtratu poſitus eſt,repræſentat perſonam ipſius magiſtratus,& ſic,non eſt ordinarius,ſed delegatus,vt ibi per eum.

DE CONTRACT. IVDIC.

L. Vnic. Adde tex. in l. 1. inf. ſi rect. prouin. Et tex. in l. eos,& in l.quiſquis,inf. ſi cert. petat. Et in l. ſi quis in ſenatorio, & l. ſi quis officium, ff. de ritu nupt.Et conſtitut. Regni, incip. communiter,& ibi Affl.& alios.In qua,ſtatuitur pœna, aduerſus contrauenientes, Et vide cap. Regni,incip. item ſtatuimus,quòd iuſtitiarij magiſtri.

DE MODO MVLCTAR.

L. Eos. Quò ad intellectum huius legis, vide Rebuff. de verb. ſignif. in l.aliud eſt fraus, §.inter mulctam, fol. mihi, 694. Vbi multa de mulcta, Et Foller.in conſtit. præſides prouinciæ, nu. 5. de offic. iuſtitiar. fol. mihi, 170. à ter. Et Old.conſ.15.circa proceſſum,nu.1.& ſeq.Et Alberic.in tract. ſtatut.lib.2.quæſt.24.Et Rainald.Corſ.lib.1.indagat.iu.cap. 7.

7.Et latè qui iudices habeant ius indicendi mulctam, & de intellectu huius legis, & totius rubricæ,Ioan. Iuuenal. in repet. l. Imperium,nu.19.& 20.ff.de iuriſdict.omn. iudic.

DE DEFENSOR. CIVIT.

L.Iubemus. In hac Ciuitate Neapolis,hodie cognitio ponderum, & menſurarum,pertinet ad Curiã Reg.Siclæ, licet per conſt. Regni,incip.ad officium baiulorum,ad baiulum ſpectare ſtatutum ſit, Et per cap. Regis Caroli I. incip.item prædicti ſecreti, ad ſecretum,pertinere dicatur,vt per Affl. in d.conſtit. nu. 4. & in conſtit. cùm legitima pondera,nu.5. Circa materiam ponderum,& menſurarum, adde quòd, de iure cõmuni, ordinatio menſuræ,qua venditur publica annona,pertinet ad Principem,l.modios, C. de ſuſceptor. & archar. lib. 10. cum aliis. Aliæ menſuræ, & pondera, quibus res menſurantur, & appẽduntur,conſtituuntur etiam à Principe,ſed ad decuriones ciuitatum pertinet earum confectio, iuxta menſuram, & modum à Principe conſtitutum,§.eos,Auth. de collator. Ita poſt Ioan.Renard. in tract.de menſur.explicat Matthienſ. in commentar.ad lib.5. recollect.legum Hyſpan. tit.12. gloſ.1. Et ibi, quòd in qualibet menſura,debeat apponi Regiũ ſignũ, Et ibidem,de inuentoribus menſurarum,& ponderum. Et an debeat eſſe vnica menſura, in toto Regno, idem,in d.tit.gloſ. 2. poſt Diuum Thom.& Ioan. de Plat. Et cuius loci menſura ſit inſpicienda,in rebus mobilibus,& immobilibus,ibidem, nu.3.De iure autem Regni,Neapol.vnica debet eſſe menſura, & vnicum pondus,in toto Regno, vt in conſtit. mercatores, Et idem etiam in Regno Hiſpaniar. vt in d.lib.5.tit.12. lege 1.iuxta recollectionem dicti Matthienſ.Quæ autem,in Regno,ſit pœna committentis fraudem in pondere,& menſura,vide in conſtit. ad legitima pondera :-

LIBER

LIBER SECVNDVS.

DE EDENDO.

L. 1. De intellectu huius tex. circa quæſtionem, an quis cogatur edere officio iudicis, vel iure actionis, vide Nicol. Bellon. ſupputation. lib. 2. cap. 11. Vbi tuetur communem, quòd officio iudicis nobili, & quando poſtea nõ ederet, actione in factum, ad intereſſe. Et de intellectu etiam, vide Pyr. Alſan. præceptorem meum, in ſuis comentarijs, in hanc legem, nu. 144. & alijs præced. & ſeq. Item ad quæſtionem, quam Doct. hìc pertractãt, cur reus poſitionibus actoris reſpõdere teneatur, cùm tamen, inſtrumenta ei edere non cogatur, vide Rainald. Corſ. indagation. iur. lib. 2. cap. 16. Et d. Pyr. Alſan. in d. comentar. nu. 56. cum ſeq.

Cyn. *Nota, Imperator non eſt conſulendus ſupèr facto, vt hic, &c.*) Purpurat. hìc, & Rip. damnant hoc dictum Cyni, quòd Imperator non ſit conſulendus ſuper facto, & quòd colligatur ex hac lege, De qua tamen re, pulchrè, & latè vide per d. Alſanũ, in hac lege, nu. 7. Vbi concludit cum Rip. & Purpur. Et dicit etiam non probari per aliam legem, allegatam hìc per Cynum, ſcilicet l. eũ, quem, §. iudicibus, ff. de iudic.

L. is, apud quem. De ſenſu huius legis, circa quæſtionem, an acta criminalia ſint exhibenda, quemadmodum & ciuilia, vt videtur dicere hic tex. (cui tamen, in hoc, contradicit l. 2. §. item diui, ff. de iur. fiſc.) vide Nicol. Bellon. ſupputation. lib. 2. cap. 12.

Cyn. *Secundò quæro, an acta in vno iudicio, proſint in alio.*) Adde alios Doct. hìc, & præcipuè Cagnol. nu. 109. & ſeq. Dyn. conſ. 4. quæſtio talis eſt, nu. 13. Pariſ. conſ. 87. nu. 53. & 57. vol. 3. Alberic. in l. iubemus, inſ. de liber. cau. Andr. Gail. practic. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 123. nu. 4. Et an acta facta in cauſa criminali, faciant fidem in ciuili, & è contrario, vide Cyn. in l. ex quacunque, ff. ſiquis in ius vocat. Et an acta facta coram arbitro, probent coram Iudice, vide tex. in l. cùm antea, in fine, inſr. de recept. arbitr. Et tex. in c. præſentata, de teſtib. Et vide aliquas fallentias per Soc. in tractatu fallentiarũ, reg. 8. Et Felyn. & alios

in

in d.c. præſentata. Et an confeſſio, facta coram arbitratore, probet coram iudice, Alex. conſ. 13. Redemptoris, lib. 1. nu. 6. Vbi, quòd nõ, Et quid coram arbitro? Vide eundem Alex. ibidèm, Et Affl. deciſ. 178. in cauſa filiorum, nu. 9. & 10. Quo loci, concludit, quòd valeat, vti extraiudicialis. nõ autem, vti iudicialis.

L. Edita actio. De caſu huius legis, vide Vacon. lib. 6. declarat. 88. Alſan. collect. 204. vbi alios allegat, ad hanc legem.

Cyn. *Pro cuius rei notitia,* &c. *rt. de pet hæred. l. 4.* Intellectum, quem ponit Cyn. ad d. l. 4. ſequitur Gomez. ad leges Tauri, in l. 45. nu. 166. verſ. vnde cogitaui, vbi verum, & notabilem intellectum dicit, reiectis tribus alijs.

L. Qui accuſare. De regula huius legis, vide Doct. in l. fin. inf. de rei vendicat. Et Fely. in c. olim, de reſcript. Et de intellectu ipſius, vide Rip. in l. admonendi, nu. 65. ff. de iureiur.

L. Non eſt nouum. De intellectu huius legis, vide Ceſar. Coſtam variar. ambig. iur. lib. 1. cap. 22. Vbi hæc verba, *non eſt nouum*, exponit, non eſt iniquum, Et ad id comprobandum, allegat tex. in l. 1. iuncta l. 3. ff. quod quiſq; iur. vbi nouum, & iniquum, pro eodem, accipi dicit, allegans etiam Dec. in d. l. 1. not. 8. Item de ſenſu huius tex. de quo genere cauſarum loquatur, pro declaratione verbi *pecuniæ*, idem Coſta, ibidem, Et quare actor teneatur edere rationes ſuas reo, & non è contrario, pulchrè per Pyr. Alſan. in l. 1. hoc tit. nu. 1. cum ſeq. Vbi, exploſis alijs rationibus, eam veram eſſe dicit, ne faciles, ſint homines, ad litigandum, aduerſarij rationibus confiſi, lex enim vult lites vitare. Quam tamen rationem, prius aſſignauerat, (licet Alſan. eum non alleget) Coſta, d. lib. 1. cap. 22.

Auth. ſi quis in aliquo. De ſenſu huius tex. ibi (*nulla ex hac memoria, fiat exactio. niſi*, &c.) vide Nicol. Bellon. ſupputation. iur. lib. 3. cap. 16. Vbi contra Dec. tenet, quòd, producto altero documẽto ex hoc, non autem ex priori, quæ etiam memoria hic nuncupatur, fiat exactio, Et vide Pyr. Alſan. in doctiſſimis cõmentar. ſuper hac auth. nu. 13. & ſeq.

R DE

L. Sicut. An hæc lex extendatur ad nouercam, vt neque ipſa poſſit in ius vocari à priuigno, ſine venia, vide Iaſ. in §. pœnales, nu. 75. Inſtit. de act. Vbi tenet quòd ſic, & alios allegat, pro dicta opinione: Sed contrarium tenet Angel. Aret. ibidem, & ita practicari vidiſſe teſtatur, Et Fulgoſ. Alex. Soc. Iaſ in l. generaliter, ff. hoc eod. tit. Altera opinio eſt, quòd, viuo patre, non poſſit in ius vocari nouerca, ſine venia, ſed mortuo, ſic; Quam videtur tenere Alex. hìc, Et Curt. Sen. Et Curt. Iun. Verùm Iaſ. loco allegato, indiſtinctè tenet, quòd non poſſit: Tu autem, ſi pulchrè, & latè, de hoc, videre cupis, vide Cacheran. deciſ. 31. incip. Andrietta vxor, nu. 1. & ſequ. Vbi alios allegat, pro opinionibus prædictis, & tandem concludit indiſtinctè, quòd non poſſit vocari, ſine venia, per plures rationes, & ad contraria reſpondet: Deciſum tamen fuiſſe, dicit, in Senatu, quòd, mortuo marito, poſſit, quia hæc, eſt magis communis opinio.

L. Qui in poteſtate. An filius poſſit conuenire patrem, ſuper tenore inſtrumenti, iuxta formam Ritus Mag. Cur. Vic. 167. incip. debitores, vel debitrices, vide D. de Franch. deciſ. 162. incip. filius, Vbi videtur tenere quòd non, cùm criminaliter conuenire videat, ex quo, pœna applicatur Fiſco, ſecundùm Bar. in l. 3. ff. de ſepulch. viol. & hoc, filio non permittatur, vt dicit Salic. in l. iniquum, col. fin. inf. qui accuſ. non poſſ. Quod dictum, pulchrum appellat: Sed an idem in ſocero? Et in eadem deciſ. dicit, vidiſſe dubitari, Poſtea verò, in deciſ. 366. incip. conuento, dicit, fuiſſe iudicatum, quòd poſſit, quia praxis, ita interpretata eſt dictũ Ritũ, & ſeruari debet, Contrarium tamen tenuit Frecc. de præſent. inſtrum. par. 12. quæſt. 2. fol. 99. Ego verò, de dicta deciſione 366. nũc recens, vidi dubitari, in eodem Sac. Conſ. cũ enim Mag. Cur. decreuiſſet, vt ſocer faceret depoſitũ, fuit poſtea, id, me referente, confirmatum per Sac. Conſ. in Aula doctiſſimi Nicolai Antonij Gizzarelli, in cauſa Ioſephi Foreſterij, cum Petro Romano, in bancha de Bucceriis. Sed q̃d in matre? Idem de Franch. d. deciſ. 366. in fine refert, vnum ex Conſiliariis, dixiſſe, quòd viderit, liquidari inſtrumentum

contra

contra matrem: Sed contrarium iudicauit Sac. Conſ. proximis diebus, me quoq; referente, in cauſa And. de Medicis, cũ Catherina Poſitana, in bancha de Mazzia; Et licet, in eodem proceſſu, concurrent alia, liquidationem impedientia, tamen Sac. Conſ. in eadem aula, determinauit hunc articulũ, in ſpecie, remittendo cauſam eidem Mag. Cur. quæ decreuerat, quòd procedatur ordinariè.

DE PACTIS.

L. Conditionis. De intellectu huius legis, vide Forcatol. Necyom. dialog. 51. Coraſ. lib. 2. miſcell. cap. 19. ſuper eo; an filii, poſiti in conditione, cenſeantur vocati; De qua latè. Surd. deciſ. 162. Magon. deciſ. Florent. 27. & 73. Surd. conſ. 67. breuis, & conſ. 96. nu. 30. vol. 1. Et de ratione dubitandi, in hoc tex. Connan. commentarior. iur. ciuil. lib. 5. cap. 5. fol. 304. lit. B. Et circa eãdem legem, vide Ant. Fabr. coniectur. iur. ciuil. lib. 15. cap. 7.

Cyn. *Secundò oppono, Aut eſt tale ius,* &c. *& tunc, aut eſt præſens, aut futurũ, ſi præſens, tunc poteſt renunciari, vt ff.* &c. *Proindè ſi futurum, aut renunciatur extra iudicium, & tunc; aut ſimplici renunciatione, & non poteſt, vt in contrario, niſi in iudicio vt in d. l.* &c. *aut renunciatur per pactum & valet, vt hic.* Sed quæ eſt ratio, quòd per renunciationem, poſſit tolli ius præſens, non autem futurum, & per pactum, poſſit tolli vtrunque? Breuiter dicas ſic, Renunciare, eſt aliquid à ſe abdicare, & ideò, ius præſẽs poteſt renũciari, quia poteſt renuncians à ſe abdicare, cùm ad ipſum iam ſpectet; ius autem futurum, ideo renunciari non poteſt, quia cùm ipſe renuncians, adhuc, non habeat, dici nõ poteſt, quòd à ſe abdicet: Per pactum autem, ideo poteſt, quia validus eſt, nam ibi, duorum interuenit conſenſus, quòd non eſt in renunciatione, Et hæc ratio, deſumpta eſt, ex ratione Gloſ. hic, & ex ſecunda ratione, tradita, per Iacob. Butrig. quæ ſimul iunctæ, faciunt hanc rationem, quam bonam eſſe credo. Circa hanc legem, vide per allegatos, in miſcellan. diuerſ. Doct. Mar. Antonii del Rio.

L. Poſtquàm liti. Hæc lex argumento eſt, quòd actor, conſentiẽte reo, poſſit cedere liti, vt in auth. qui ſemel, inf. quom. & quan. iud. Sed vide conſtit. Regni, incip. contingit. Vbi poſt

litem

litẽ conteſtatam,non licet actori,etiam conſentiente reo,diſcedere à lite, ſine licentia iudicis, Et ſic, videtur corrigere tex.hunc,& dictã auth.Et idẽ in cõſtit. ſponte, ſub pœna ibi poſita. Sed hodie, dictæ conſtitutiones, non ſunt in vſu,quia quando iudex dat terminum, non dicit,quòd partes, vltima die termini,compareãt coram eo,quia ſi diceret,& partes nõ comparerent, haberent locum conſtitutiones ipſæ, cum earum pœnis,ſecundùm Affl.in d.conſtitut.cõtingit,nu.2. Itẽ adde Ritum Mag.Cur.Vic.168.incip.itẽ nota,vbi ſtatuitur, vt aſſignans inſtrumentũ in Mag. Cur.& petẽs interrogationẽ fieri, debeat obligare ſe,& bona ſua,non cõcordaturũ cũ altera parte, ſine licentia Curiæ. Et adde Ritum Mag. Cur. 202. incip. item quòd ſi partes, Vbi deſiſtentibus à lite,abſq; licentia Curiæ, imponitur pœna tarenorum decem, Quam intelligas ſecundùm Ritum ſubſequentem,incip.item ſeruat ipſa Curia,quòd ſcilicet ſi accuſatur deſiſtat ante litis conteſtationẽ,debeat ſoluere tarenos tres,& poſt litis cõteſtationẽ, tarenos ſex,Et ſic,per dictos Ritus,corrigitur dicta conſtitutio,ſponte;ſecundùm Carauit.in d.Ritu,Circa d.cõſtitutionem ſpõte,vltra Doct.vide Marant.ſuo ſpecul.par.6.in verb. & peruenitur aliquando per viam inquiſitionis, nn.79. Sed quid in criminalibus? Vide conſtitutionem, ſępè contingit, lib.2.& conſtit.ſeq.incip.poſt citationem,& in l. tranſigere, inf. de tranſact.Item renunciari non poteſt, in præiudicium tertij,ſecundùm Mart. Monter.deciſ.22.incip. præſtans eſt, nu. 14. vbi allegat Purpur. hic.

L. Creditori.De intellectu,& ratione huius legis,vide Ferdinand. à Mendoza, diſputat.iu. ciuil. lib. 3. cap. 10.nu. 3. prope finem .Et de ratione decidendi,Connan. commentarior. iur. ciuil.lib.5.cap. 3. fol. 295. lit. F.G.

L. Pacta, quæ contra. An ex pacto, contra bonos mores, oriatur obligatio naturalis, vltra Dec.hic,& alios, vide Ceſar. Coſt. variar.ambig. lib. 1.cap. 30.vbi repræhendit Dec. qui nimis audacter,& abſq; diſtinctione.diſſeruitcõtra Soc.quòd oriatur,Vnde ipſe diſtinguendum putat,aut promittitur aliquid. contra bonos mores naturales, & tunc, nullo modo, oritur, aut contra bonos mores ciuiles tantùm, & tunc oritur, licet

rudis,

rudis, & ineficax ſit, & vtrunq; caput ta lis diſtinctionis,pluribus cōprobat rationibus. Ad hanc legē,& ad eius materiā, vide,quæ habet Connan. commentar.iur.ciuil. lib. 5.cap.5. præſertim, fol.302. lit. F. G.

L. Debitori. An actio hypothecaria non confundatur,etiam non confecto inuentario, vide dicta per Cyn. in l.1. inf. ſi antiq. cred.Per quæ,videtur dicendum, quòd non confundatur,Et idem Roland. in tract. de confect. inuent. fol. mihi,162.Et Necuſant. in tract. de pign. 1. memb. 5. par.nu. 52. & ſeq. fol.mihi,103.Vbi opinionem Cyni,magis communem dicit, & alios allegat,Licet Alex. & alij, cōtrarium ſenſerint,Et fecundùm dictam opinionem Cyni,pluries in Sac. Conſil. fuit dicatum,vt per Capic. deciſ.195.Et Afflict.deciſ.237. nobiles,D.de Franch. deciſ. 80. magnificus,Verùm,quæſtio hæc, inutilis reputatur, reſpectu hæredis, qui non confecit inuentarium, vt per Necuſant. loco cit. Reſpectu tamen tertij, qui haberet, cauſam ab hærede, non inutilem eſſe, dicit D.de Franch.d.deciſ. nu.18.& hoc non aduertiſſe Necuſantium: Et alias limitationes,ad hanc legē,vltra Doct. hìc, vide in l.ſcimus, inf. de iur.delib. Et quando per aditionem, inducatur confuſio, & quando ſolutio, poſt Napod.allegatum per D.Io.Frāciſcū de Ponte,conſ. 8.Illuſtris quondam, vide per eum ibi. Et pulchrè per inſignem iuris interpretem Pet. Barboſ. in l.quæ dotis, nu. 1. & ſeq. ff.ſolu. matr.Vbi, ſub nu. 6. concludit generaliter, aditionem creditoris, habere vim ſolutionis, per l. ſi debitori creditor, ff. de fideiuſſ. Et ampliat,etiam ſi alij creditores, præiudicium prætendere poſſint,per l.Stichum,§.aditio,ff.de ſolut.Et ad tex.in l.hæres à debitore,§. vlt. ff. de fideiuſs. vbi aditio,non habet vim ſolutionis, in præiudicium tertij mandantis,reſpōdet,id non eſſe,ea ratione, quia tertio præiudicaretur, ſed quia ſequeretur abſurdum, vt obligatio, minùs principalis, perimeret magis principalem,vt ibi,per eum, Qui etiam,ex hoc, infert ſub nu.8. ad intellectum tex. l. ſi ſocer, in princ. ff. ſol. matr. Et quomodò inducatur cōfuſio iurium vniuerſaliū, per aditionem,etiam factam cum beneficio legis, & inuentarij, vide Ant. Fabr.de errorib. pragmat.decad.2. error.4 Vide etiam Franc. Milanenſ. deciſ. 13. incip. allegabatur,nu. 3. & ſequ.

S lib.

lib.1. vbi,quando confuſio, & quando ſolutio.

L. Si pacto,quo pœnam. Per hunc tex.& alios concordantes,traditur regula, quòd inſtrumenta non habeant executionem paratã,De qua,& de ipſius ampliationibus,& limitationibus, vide latè per Teſſaur.deciſ.26.incip.inſtrumenta,nu.1.& ſeq. Et vide Ritum 162.incip.debitores, vel debitrices. De ſenſu huius legis, & de ratione, qua,hìc, pœna peti poſſit, vide Connan. commentarior.iur.ciuil.lib.5.cap.3.fol.mihi, 296. lit.B.C.

L.pactum,quod dotali. Pactum de futura ſucceſſione,valet inter Principes,Bar.conſ.72.ex facto proponitur,nu.2.verſ.ſecundò probatur,lib.1. Quem ſecuti ſunt Ruin.conſ.40. & conſ. 99.nu.11.lib.1.Soc.Iun.conſ.65.nu.44.vol.1.Dec.conſ.516. nu.4.Quos refert,& ſequitur Menoch.conſ.1.nu.160.vol.1. Et latè,quò ad hanc legẽ,Ant.Fab.de errorib. pragm.decad. 14.error.1.& ſeq.& decad.12.error.3.4.& ſeq.Vbi latè de validitate pacti de ſuccedendo,& pacti de non ſuccedẽdo,& de rationibus,cur improbentur.

Cyn. *Quòd pactum interpoſitum,per quod auferτur alicui libera teſtamenti factio, nòn valet. & ratio eſt,quia eſt contra bonos mores,vnde nõ valeret etiam ſacramentum* &c.)Cynus hìc loquitur in pacto de nõ ſuccedẽdo; Sed quid in pacto de ſuccedendo,an in terminis huius legis,cõfirmetur iuramẽto? Couar.in c. quãuis,de pac. in 6.in 3.par.in initio,nu.2.tenet quòd ſic, & ibidem alios allegat;Sed in contrarium eſt communis opinio,vt videre eſt,per Cacheran. deciſ. 100.magnif. nu.31.vt per Teſſaur.deciſ.225.pacto,Gomez,in lege Tauri, 22.nu.17.Et hæc opinio,verior videtur,quia ſecundùm multos,ex ijs, qui tenent hanc opinionem,quando iuramentum, interponitur ſuper actu, qui eſt contra bonos mores naturales,vt in pacto de ſuccedẽdo, per quod poteſt induci votum captandæ mortis,etiam inter conſanguineos, vt in l. de fideicommiſſo,ſup. de tranſact. cum ſimil. tunc iuramentum non validat actum.Nec obſtat tex.in d.c.quamuis,quia loquitur de pacto de non ſuccedendo, quod eſt contra bonos mores ciuiles tantùm, quia ſolùm impeditu r teſtãdi facultas;Præterquamquòd etiam dici poſſet, quòd ſit diuerſa ratio, quia

non

nõ ita ſtrictè, & præciſè impeditur teſtãdi facultas, per pactum de non ſuccedendo, quemadmodum per pactum de ſuccedendo. Et eandem opinionem nouiſſimè tenet Ant. Fab. de errorib.pragmat.decad.14.error.1.vbi nihil iuramentum operari dicit, & in caſu Nouellæ Imperatoris Leonis,modò citandæ,tantùm,valere pactũ de ſuccedendo,Et ſic,ipſe Fab. videtur ſentire,quòd dicta Nouella,habeat vim legis, & corrigat textum noſtrum,De quo non modicè miror,Non enim obſtat dicta NouellaLeonis Imperatoris, quæ eſt, in ordine, 19.ſub rub.de pact.patern.ex æqu.hæred.futur.fil.quamq; allegat Teſſaur.loco cit.ſiquidem, non habet vim legis, cùm fuerit correcta,& abrogata,per hanc legẽ,electã,& in corpore iuris clauſam,àIuſtiniano,qui multò poſt imperauit,Prout de correctione,& abrogatione omnium legum, nõ ſolùm ab eius prædeceſſoribus, verùm etiam ab ipſomet Iuſtiniano conditarum,& in compilatione,per eum,facta,non incluſarum, expreſsè legitur in l.vnic.§.hunc igitur,ſup.de Iuſtin.Cod.confir.Et in l. vnic.§.his igitur,in fine,& §.ſeq.ſup.de emend. Codic.Et in l.2.§.has itaque leges,ſup.de vet. iu. enucl.Adeò vt falſi pœna puniatur,qui alias leges,quàm,quæ in compilatione Iuſtiniani cõtinentur,allegauerint,aut obſeruauerint, d.§. hunc igitur, & d. §. has itaq; leges;Et quamuis idem Iuſtinianus,in d. §. his igitur,in fine,dixerit,Nouellas valituras,tamẽ intellexit ſolùm de Nouellis, ab ipſo, poſtea,faciendis, & in corpore iuris ciuilis, includendis,vt fuit liber Authenticorũ, & ſecundùm quoſdam,alius liber,nuncupatus,Nouellarum, ab Authenticis,ſeparatus,& ita ſunt intelligendi,aliqui Doct. dùm in hac materia,indiſtinctè dicũt, Nouellas,eſſe obſeruãdas,præſertim Alberic.in d.§. his igitur,vbi ad huius rei comprobationem,allegat tex. in can. ſi hæreticus,2.q.7. nam ibi agitur de Nouella Iuſtiniani,177.ſub tit.de teſtimon.hæreticor. Quinetiam Paul.Caſtrenſ.in auth.res,quæ,nu.4.inf.commun.de legat.generaliter dixit,non eſſe ſtandũ textui Nouellarũ Iuſtiniani, quando textui Authenticorum contradicit, quia(inquit)de earũ fide dubitatur,Quãtò itaq; minùs ſtandũ erit Nouellis Leonis, præſertim ſuperiùs allegatæ,cùm in indiuiduo, (rogo bene conſideretur,) contradicat huic textui, qui,tãto tẽpore,poſtLeonisNouellas,fuit àIuſtiniano electus, & in corpore iuris, clauſus?Et in ſpecie, de Nouellis Leonis,

quòd

Digitized by Google

quòd ſcilicet nullam habeāt iuris authoritatem, tenet Iacob. Cuiac.lib.17.obſeruat.cap.31.Idem etiam And.Fachin.controuerſ.lib.2.cap.101.in fine.Nec Teſſaur.in d.deciſ.225.nu. 10.allegauit d. Nouellam 19.Leonis,tāquàm habentem vim legis,de hoc enim verbum nullum,ſed eam fortè allegauit,ad inducendam coniecturam,quòd,licet tale pactum,de iure ciuili,ſit improbatum, tamen de iure canonico,firmetur iuramento,ſaltem in caſu huius legis, quaſi non ſit tam contrariū bonis moribus, cùm quandoq; fuerit approbatū ab Imperatore,qui philoſophus appellatus eſt;Sed certè,hoc,non eſt verum,quia per tale pactum,etiam in terminis huius legis, inducitur votum captandæ mortis,quo nihil turpius,pręcipuè inter patrem,& filios; Et inſuper aufertur libera teſtandi facultas,quæ quidem præualet fauori liberorum,vt per ſe patet.

L.Si creditores. De intellectu,& ratione huius legis,Connan.commentarior.iur.ciuil.lib.5.cap.4.fol.297. lit. G. H.

L. licet. Priuilegiū huius legis procedit quando pactio eſt facta in ipſo procinctu, & milites,de publico,ſunt conducti,Cacher. deciſ. 100.Anton. Fab. de errorib.pragmat.decad.14. err. 1. Vbi, an hæc lex extendatur ad paganos,& quando:Et an priuilegium huius legis, conceſſum militi, extendatur ad piam cauſam, vide Bal. in l. fin.inf.eod.nu. 17. Vbi videtur tenere,quòd ſic,Cuius opinionem ſequitur Alex. in l. pactū,quod dotali,nu.4.verſ.tertiò fallit, ſupra eod.Et idem,in conſ. 152. incip.in cauſa, & lite vertente, nu. 10. vol. 6.Et Ant. de Alexandro,ibidem, in d. l. pactum,quod dotali,Sed contrarium tenuit Rom. in repet. auth. ſimiliter,nu. 24. inf. ad leg. Falcid. Et cum ipſo videtur inclinare Iaſ. hìc,nu.6.Quia licèt pia cauſa ſit priuilegiata,tamen perſona diſponens,nō eſt priuilegiata,vt hìc,quo loci,ambo ſunt milites, & ſic priuilegiati;Ac etiam,quia diſpoſitio huius tex.fundata eſt in pacto reciproco,Et in hāc opinionē,videtur inclinare Soc.in d.l.pactū, quod dotali,& in lege hac. Et hæc opinio, verior videtur, licet prima,quòd valeat,videatur magis communis,vt per allegatos per Tiraquel.in tract.de priuileg.piæ cauſ.priuil.105. Et vltra allegatos, ibi, per Tiraquel. pro opinione, quòd non,ſentit Magdaleo,in tract. de num. teſt. ad teſtam.requiſ.

par.

par.1.cap.16.nu.250.cum alijs, Et pro opinione affirmatiua, vltra allegatos ibi, videtur ſentire Hieronym. Gabriel. conſ. 137.nu.30.Et de intellectu huius legis, vide per Franciſ. Sarmien. lib. 2. ſelectar.interpret. cap.4.nu.2.& alijs,& in cap.5. nu.1.& ſeq.Item talis conuẽtio,valida eſt,ſi perſeuerent in eadem voluntate vſq; ad mortem, ſecus autem,ſi quis ipſorum, vellet reuocare diſpoſitionem, ſecundùm Pet. de Bellapert. hìc,Et Angel. & Cyn. in l.fin.inf.eod.col.2.nu.3. Et ibidem Pet. de Bellapert. Gomez. ad leges Tauri. commentar. in leg. 22.nu.18.

Cyn. *Vltimò dicit Petrus, quòd non fuit donatio cauſa mortis, quia requirit quinq; teſtes.)* Contra Cyn.hìc,ſentit Franc.Sarmien.lib.2. ſelect.interpret. cap. 5.nu.6.Connan.autem commentarior. iur.ciuil.lib.5. cap.5. fol.304.lit.E. tenet cũ Pet. & Cyn.ſ.quòd fuerit teſtamentũ.

L. Traditionibus. Regula huius legis,limitatur non procedere in dote,& in donatione propter nuptias, quarum fauore, dominiũ trãsfertur,ſine traditione,ſecundùm Gloſ.in l.2.in Gloſ.1. inf.de inoff.donat.Et Iaſ.hìc,Et Dec.in l.ſi donatæ,inf.de collat.nu.5. Et Soc·conſ.107.lib.3.Doct.in l.in rebus,inſ. de iur. dot.Bal.Nouell. vbi alios refert,in tract. dot. par.7. priuileg. 19.& par.8.priuileg.6.nu.1.Et in hoc non eſt dubiũ.Sed difficultas eſt,an ſicuti trãſit dominium,tranſeat etiam poſſeſſio, ſine traditione, Gloſ. in l. Pomponius Philadelphus,ff.famil. herciſc. dicit,quòd ſic,Et idem videtur ſentire Teſſaur.deciſ. Senat.Pedam.48.incip.dotis cauſa. Sed contra Bar.& Iaſ. in l.fin.ſupra de ſacroſ.eccl.Et Roland. conſ.77.nu.36. lib.1.Et hęc,eſt magis communis opinio,Et ſecundùm ipſam,ſuiſſe iudicatum,in dicto Senatu Pedam. refert Teſſaur. d. deciſ. 48. Item limitatur in Eccleſia,vt in l.fin.ſup.de ſacroſ. eccleſ. Ex quo inferunt Doct.quòd l.quoties,inf. de rei vẽdicat. non habeat locum in Eccleſia emente, vt latè per Doct.in d.l. quoties.De ſenſu huius legis, Ferdinand. Mendoza diſput. iuris ciuil. lib.3.cap.2.nu.12.poſt medium. Vbi nouum,& veriorem dicit, Et quæ traditio cõſideretur,facta venditione fructuum,vide Ant.Fab.de errorib.pragm. decad.6. error. 6.Vbi quòd fructibus ſeparatis, vel ab emptore perceptis,patientia domini ſcientis,& volentis.Et vide eundem decad. 21. error. 1. & decad. 22. error. 1. circa medium,& decad.23. error.9. circa finem.

T L.Cùm

L. Cùm proponas. Adde ad intellectum huius legis, quæ actio competat ex contractu diuiſionis, Ant.Fab.de erronib. pragmatic.decad.8.error.1.

L. Filius. Adde ad hanc legem, ſecundùm Paul. de Caſt.quid,ſi filius debitores patris liberauit,viuente ipſo patre, an poſteà, mortuo patre,obſtet ei dicta liberatio? De quo vide,vltra Paul. de Caſt. & alios hìc, Bar. in l. filius familias, ff. de ſolut. & liber.Et Doct.in l.2.§.quòd ſi in patris,ff.ſol.matr. Iaſ.in l. iuris gentiũ,§.ſi ante,ff.de pact.In quibus locis,inuenies quòd non, Et vide alios cumulatos per Tiraquell. in tract. de retract. lignag.ad finem, tit. nu.101. Et per eundem, in tract.de legib. connub.Gloſ.8. nu. 107.

L. Si actionem. De ſenſu,& ratione huius legis,doctè quidem Connan.commentarior.iur.ciuil.lib.5.cap.4.fol.300.lit.A.B.C. Vbi etiam teſtatur,communiorem ſenſum eſſe,quòd legatum, aliquibus ex hæredibus remiſſum, non cenſeatur remiſſum omnibus.

L. Debitorem. De ratione, breuiter Connan. commentarior. iur. ciuil.lib.5.cap.4. fol.297.

L. Petens. Circa explicationem huius legis, vide latè, & non minùs pulchrè, per Cuiac. obſeruat. lib. 10. cap. 24. fol.mihi, 146.Et Alciat.lib.5.paradox.cap.11. Et aliqua per Connan. commentarior.iur. ciuil. lib. 5. cap. 3. prope finem, fol. 295. lit.K.

Cyn. *Sed ipſe diſtinguit ſic,* &c. *aut pœna eſt ſoluta,& hic ſubdiſtinguo,* &c. *aut pœna ſoluta eſt tanta,quantus eſt valor,& tunc ex quo contractus plenè impletus eſt, ex parte promiſſoris, agere poteris.*) Adde ad eundẽ Cyn.hìc,dum dicit,quòd pœna ſoluta ſuccedat loco rei,Bal.hìc, nu.40.& ſeq. Et Paul.de Caſt. nu. 10.Quem vide, quia inſurgit contra Pet. & Cyn.hìc, Et vide Salic.in l.ſi pacto,quo pœnam,in 3. oppoſit. nu. 8.ſupra eod. Magis communis opinio, eſt cum Cyno, & Petro, vt refert Alex. hìc, nu. 14. Et Bologn. nu.62.& 63. Et vltra hos allegatos,vide etiam Bal.in l.vbi pactum,nu.7.inf. de trãſact. & in l. iuris gentium, §. quinimò, nu. 11.ff. eod. vbi allegat Cyn.hìc,Et vide eundem,in l. cùm proponas, 2. ſupra eod.

vbi

vbi etiam allegat Cyn. hìc, Et ex hoc, infertur, quòd, licet verum ſit, quòd quando duo, ad inuicem promiſerunt ſeruare pacem, ſub pœna, ſi vnus fregerit, licitum ſit alteri, offendere, ſine metu pœnæ conuentionalis, tamen, ſi primò offendês, ſoluat pœnam, non poſsit alter, eum, ſine metu pœnæ conuentionalis, offendere, ex quo, ſatisfactio pœnæ, æquiperatur obſeruantiæ contractus, Et idem tenet ipſemet Bal. in l. ſemel mora, ff. ſol. mat. De quo, an verum ſit, vide per Dec. conſ. 380. cõcluſio ſuperius, nu. 3. Et Doct. in d. l. cùm proponas, vbi aliquos tenere contra Bal. reperies, Et vide etiam Franc. Aret. conſ. 14. viſo, & diligenter cõſiderato, col. penult. & vlt. verſ. venio ad quintum, Qui etiam tenet contra Bal. Ego tamẽ crederem, opinionem Bal. veram eſſe, quando pars voluntariè recepit pœnam, tunc enim videretur admiſiſſe ſoluẽtem, ad petendum obſeruantiam contractus: Sed quando aduerſarius nollet recipere pœnam, nec ſeruare contractum, tunc non teneretur ad obſeruantiam, per rationes adductas ab alleg. tenentibus, contra Bal. Et ita tenet Aret. loco cit. ita diſtinguendo. Sed quid in contractu emphiteutico, ſi ſit appoſita pœna, an poſsit etiam expelli emphiteuta, ob non ſolutionem canonis, ſi velit ſoluere pœnam? De quo per Doct. in l. 2. inf. de iur. emphit. Quòd pœna, ſuccedat loco rei, adde Surd. deciſ. 306. Thomas, nu. 8. Et ibidem aſsignat rationem, quare non procedat in emphiteuta.

L. Si certis annis. Solutiones decennales probant contractum emphiteuticum, fauore eccleſiæ, quandò ipſa ageret ad ſolutionem canonis, licet ſecus eſſet contra ipſam, ſecundùm Paul. Emil. deciſ. Rot. 166. 3. par. Vbi ità deciſum fuiſſe teſtatur. Et an hæc lex, ſit correcta, per conſuetudinem Neapol. ſi ruſticus, vide Napod. ibidem.

Cyn. *Tertiò oppone, ff. de vſur. l. cùm de in rem verſo.*) Lex illa, de in rem verſo, non procedit in diuturna præſtatione, quæ dicitur facta ex mera liberalitate, ſecundùm Doct. aliquos hìc, & in d. l. cùm de in rem verſo. Quod tamen limita in diuturna præſtatione, facta, ad piam cauſam, ſecundùm Paul. de Eleazar, in c. literis, 10. col. de reſtit. ſpol. Quod ſingulare, & valdè notandum dicit Hippol. de Marſ. ſingul. 192. incip. diuturna præſtatio, Et circa legem illam, vide Aelx. conſ. 113. ſuper. primo, vol. 1. Et la-

tè

tè Iaſ. in §. præiudiciales, nu.56. & ſeq. Inſtit. de act. Et pulchrè Frãc.Balb.in tractatu perſcript.2. par.3. princip.quæſt. 10.nu.20.& ſeq.fol.mihi,85.& Couar.in cap.quamuis,2.par. relect.§.4.nu.2.& ſeq.fol.mihi,179.à ter.de pact.

Cyn. *Sol.vt ibi,quia ibi allegabatur cauſa ſufficiens,quam probabat,per longi temporis coniecturã.)* Iuxta illum tex. l.cùm de in rem verſo, dùm cõmuniter concluditur,quòd præſtatio decẽnalis,& ſic longi temporis,cauſam ſollemnem allegatam,præſumptiuè probet, ſecundùm Doct.hìc,& in d.l.cùm de in rem verſo, quæras, an neceſſe ſit vt capituletur, & probetur, quòd ſingulæ præſtationes, fuerint factæ, ex cauſa allegata, vel tantùm ſufficiat probare decennalem præſtationem?De qua quæſtione, vide Salic. in d. l. cùm de in rẽ verſo, nu. 6. Vbi dubiam, & à nemine tactam dicit,Et tandẽ cõcludit, quòd probari debeat,ſingulas præſtationes,ex cauſa allegata,fuiſſe factas,Et idem tenet ipſe hìc, in 1.quæſt.nu.9.Cui adde Alex.cõſ.113.ſuper primo,nu.2.vol. 1.Et Bertrand.conſ.296.ponitur in facto,lib.3.EtHieronym. Magon.deciſ.Rot. Florent.2. incip. dominus Ioannes, nu.5. Quod,& mihi verius videtur, licèt reſtringi videaẽ dicta lex, cùm de in rẽ verſo,Nã aliàs dicta lex prẽberet occaſionẽ fraudandi, quia vnuſquiſq; poſſet imaginari, & allegare cauſam ſufficientem ad illam ſolutionem, & hoc modo, non optima ratio fuiſſet decidendi contrarium,in dicta lege, cùm de in rẽ verſo,ab eo,quod deciditur in hoc tex.Itẽ quęras,an in terminis dictæ legis,neceſſe ſit,vt vnà cũ decennali præſtatione,quę probat titulũ allegatum eſſe verum,interuenire debeat etiam iuramentũ aſſerentis titulũ eſſe verum?De hoc vide Tiraquel. in tract. præſcript.§.1.gloſ.8.nu.1.& ſeq.fol. mihi, 561. Vbi concludit quòd ſic, Sed videtur nimis reſtringi dicta lex,cùm de in rem verſo. Itẽ quæras an diuturna præſtatio requiratur vniformis ſemper,ad hoc,vt probet,cauſam allegatam,eſſe veram?De hoc vide Soc.Iun.conſ.98.conſideratis ijs, nu. 45. & ſeq. vol.3. Vbi vniformem, & non variam requiri dicit,& ibi alios allegat. Vide etiam ad hanc legẽ, & legẽ,cùm de in rem verſo, Anton. Fab.coniectur. iur. ciuil.lib.7. cap.8.& 9. Vbi communem intellectum,ad ipſam legem, cùm de in rẽ verſo, reprobat,& concludit,quòd ſi præceſſerit diuturna præſtatio decem annorum, & ſit allegata cauſa ſufficiens, non, ob hoc, poſſit ille,qui præſtitit,cogi in futurũ,per hũc tex.Et d.l.cùm

de

de in rem verſo,dicit procedere,non ratione diuturnę præſtationis, cum cauſa allegata ſufficienti, ſed quia, quandiu vixit pater,ſoluit vſuras pecuniæ, in rem ſuam,verſę; vnde,ſi diutius vixiſſet,credibile eſt, quòd toto ẽt tẽpore, præſtitiſſet,& cùm nõ declarauerit, ſe nolle amplius ſoluere,cenſebitur,in eadem volũtate,deceſsiſſe,& ſic,hæres,poſtea,non poterit eam declarare,nec ab ea recedere;quod ſecus (dixit) ſi viuẽs pater dixiſſet,ſe amplius nolle præſtare,nã nec ipſe, nec hæres ipſius,poterit cogi;De quo tamẽ dubito,quia hæc tacita, ſeu præſumpta voluntas teſtatoris, non videtur ſufficiens, ad obligandum hæredẽ,ad ſoluendum,ſi in perſona teſtatoris erat voluntariũ, Vltra quòd etiam dubitari poſſet,an ſit præſumenda talis voluntas in defuncto,Vide tamen per eum,qui vtranq; ſentit difficultatẽ,& conatur reſpondere, Et ad rationem,qua ipſe potiſsimùm mouetur,ſcilicet,quòd tempus,non ſit modus inducendi obligationem,poteſt reſponderi,quòd licèt non ſit modus inducendæ,tamen negari non poteſt,quòd ſit modus probãdæ ipſius obligationis;Præterea animaduertẽdum eſt,quòd tota vis deciſionis dictæ legis,cũ de rem in verſo, non cõſiſtat in eo,quòd is,qui ſoluerat,erat pater,hoc enim fuit ibi contingentia facti,& non denotat iuris miniſterium,ſed ſolùm conſiſtat in diuturna præſtatione, vt irrefragabiliter colligitur ex verbis eiuſdem tex.

Cyn. *Quintò quæro mulier,minor,miles,vel ruſticus,longo tempore.ſoluit mihi,&c.)* An dicta lex,cùm de in rẽ verſo,locũ habeat in muliere,& ruſtico, adde Doct. in ipſamet lege, & in hac lege noſtra , Et Paul. de Caſt. cõſ.51.in cauſa ſpectabiliũ, nu. 3.vol.2.Et Rom.in l.q in aliena,nu.7.ff.de acquir.hæred.Et alios relatos per Iaſ.in §.p̃iudiciales,Inſtit.de act.nu.59.Et Couar.in 2.par.relect.§.4. nu.2. fol. mihi,180. Et Anton.Gabr. lib. commun. concluſ.in tit. de præſumpt.concluſ.1.nu. 26.fol.30. Et tenendo,quòd non habeat locum in ruſtico, limita, non procedere in ruſtico ſagaci,ſecundùm eundem Anton. loco cit.

Cyn. *Sextò quæro,aliquis ſoluit annuum debitum,vna vice,pro decem,vel viginti annis, nunquid iſta ſolutio faciet ſic præſumi, ſicuti,ſi eßet facta quolibet anno,&c.)* Adde Cyn: in l. pro dote,inf.de dot.promiſſ. Et ibidem Bal.nu.1. Et Bar.in l.cum,qui,ff.de ann.leg.Et eundem, in l.creditor.inf.de vſur.

Cyn. *Nonò quæro.)* Ad Cyn. dum ſequitur Gloſ. in l. 2. inf. de ingen. & manum. quòd in præſumptione perſonaliũ ſeruitiorum,re-

V qui-

quirātur 30.anni,adde alios Doct.hic,& in d.l.cū de in rē verſo, Et Bal.in l.litibus,nu.13.C.de agricol.& cenſit. lib.11.Et Specul. in tit.de feud. §. quoniam ſuper homagijs, col.2. & 3. in 3.quæſt.Et hæc,eſt magis cōmunis opinio,ſecundùm Franciſc.Balb. in tract.præſcript.in 2. par. 4. par. princip. quæſt. 6.Et Campagn.in cap.Regni 23.incip.grauamina, nu.19. Verùm, in Regno,non ſufficere tempus, minus centum annis,tenet Affl.in conſtit.Regni incip.quia frequenter, nu. 4.Quem ſequitur Campagn.loco cit.

L. De quæſtione. Circa hanc legem, vide Roderic. Suar. in repet.l. quoniam in prioribus, inf. de inoff. teſta. ampliat. 10. nu.49. fol.mihi, 144.Et de ipſius intellectu,vide per eundem, in declaratione legis Regni,ad repet.d.l.quoniam,limit.5.nu. 3.& ſeq.fol.315.Vbi etiā habes aliquas ampliationes ad hanc legem, Et vide allegatos, in miſcell. M. Anton. del Rio, ſuper hac lege. Vide etiam de intellectu,& concordia,cum tex. l.licet,ſup. eod. Steph.Forcat.in Necyoman. dial. 55. obſeruat. 6. Vide etiā Ant. Fab. de errorib.pragmatic. decad.12. error.3.& ſeq. & decad.13. error.6.circa finem, & error. 10. & decad.14. error.2. & ſeq.

Cyn. *Quidam recepit quandam domum, &c. Pet. reſpondet quòd non habebit niſi dimidiam de centum*) Hanc opinionem Petri hic,quā ſequitur Cyn. .ſ. quòd donans dimidiam omnium bonorum, poſt mortem ſuam, intelligatur donare dimidiā bonorū, tēpore donationis, & non mortis,niſi dixerit hæreditatis,ſequitur Anchar.in rub.ext.de teſtam.in fine,Et ibidem Imol. Sed contra tenet Salic. hic, Et vide Rom. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, nu. 45. ff. de verb.obligat.Vbi tenet opinionem Cyni,Et ibidem Alex.nu. 14. Et Ant. à Gama, deciſ.Luſit.103. lis fuit mota, nu.3.

DE TRANSACTIONIBVS.

L. Actione.) Cyn. *Hic habemus,quòd dictio,niſi, ponit vt prima,&c.*) De hac dictione, niſi, vide Adden. ad Salic. hic, Et Iaſ. nu.3. Et Salic. vbi ēt Adden. in l.ſi cautiones, nu. 8. inf. qui accuſ. non poſſ. Et Pet.Girard. ſingul. 46. Et Dyn. in reg. peccatum, nu.1.& ſeq. de reg.iu.in 6. Et Rebuf. in l.verum eſt, ff.de verb. ſignif. Et latè Alberic. in ſuo Dictionar. in verb. niſi, Surd. conſ.11.

incip.

incip. quia .n. primo, vol. 1. & eod. vol. conſ. 71. quamuis, nu. 6. Et Carauit. ſuper pragmat. incip. per excellentem, §. 10 .nu. 1. fol. 74.

L. Cùm mota. Cyn. *quartò oppono. ff. de inoff. teſt. l. ſi inſtituta,)* De conciliatione huius tex. cũ d. l. ſi inſtituta, vltra Cyn. Bar. & alios Doct. hìc, & alibi, præſertim in rub. ff. de verb. oblig. poſt Gloſ. tàm hìc, quàm in d. l. ſi inſtituta, vide Alciat. lib. 5. paradox. cap. 6. Et Duaren. in comentar. ad tit. C. ſi aduerſ. vendit. Et And. Fachin. controuerſ. iur. lib. 1. cap. 10. Vbi probat ſolutionẽ, Hierony. Torniel. in d. rub. ff. de verb. oblig. nu. 144. reprobando aliorum ſolutiones, tanquam diuinatiuas, Cùm tamen ſua, & Tornielli ſolutio, multò maiorem diuinationem contineat, quàm omnes aliæ. Sed profectò difficilis res eſt, vt vix quiſquam, conciliando hæc duo iura, valeat effugere diuinationem. De intellectu huius legis, & de actione, de qua hìc Ant. Fab. de errorib. pragmat. decad. 1. error. 2. & decad. 22. error. 3. circa finem, vbi quòd actio, præſcriptis verbis, nunquàm detur ad fructus perceptos, ex re, quæ petitur.

L. Tranſactionis. Alios caſus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum, nec ſufficit generale, vide enumeratos per Rebuf. in tract. concord. in rub. de elect. derog. in §. fin. in gloſ. penult. fol. mihi, 111. Et Gloſ. in l. ſi quis mihi bona, §. ſed vtrũ, ff. de acq. hæred. Et Gloſ. in c. qui ad agendum, de procurator. in 6. Et ibidem Franc. vbi enumerat 38. caſus, quos vide ibi, per eum.

L. De alimentis. An à ſententia alimentorum futurorum, poſſit appellari? Bar. quem refert Dec. hìc, nu. 10. tenet quòd non, Cui adde Bal. in l. ſi iudex, in 2. lect. ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alien. iu. & in l. ſi inſtituta, §. de inofficioſo, ff. de inoffic. teſta. Et Doct. in l. fin. ff. de appell. recip. Et Gramat. conſ. 146. eximie doctor, nu. 14. in conſ. ciuil. Et Affl. deciſ. 152. Et Tiraquel. in tract. de priuileg. piæ cau. priuileg. 153. Et ſi dixeris, quòd poſſit appellari, dicas etiam, quòd, interim, alimenta ſint pręſtanda, ſecundùm Alberic. in l. ſi quis à liberis, nu. 22. ff. de liber. agnoſc. & in d. l. fin. ff. de appell. recip. Et And. Fachin. cõtrouerſ. iur. lib. 1. cap. 77. Sed quid à ſententia alimentorum

torum

torum præteritorum? Hęc lex,videtur,in argumentum,quòd ſic, De quo vide per Io. And. in Addit. ad Specul. in tit. de appell. §.in quibus,verſ.ſed nunquid, Qui dicit, quòd appellari poſſit,Quod ſequitur Aret.conſ.96.in cauſa,circa finem, & conſ.97. Et Vrſill.in Addit. ad deciſ. Affl.152. Et vide per Doct. in d.l.fin. Sed an alimenta præterita peti poſſint? Vide, vltra Doct.hìc,& in d.l.fin. per Alex. conſ.72. viſo proceſſu, nu.9. vol.5. Et Ioan.de Anan.conſ.54. viſis ijs,nu.4. Quæ autem veniant appellatione alimentorum, vide remiſsiuè per Dec.hìc, in princip. Et Rom. nu. 6.

L. De fideicommiſſo,) Tex.hìc,reputatur ſingularis à Bal.in l.cùm Archimedoram,col.2.in princip.inf.vt in poſſeſſ. legat. Cui, ſimilis eſt tex. in l.ſi pater puellæ,inf.de inoff. teſtam. Ex hoc textu notat Caſtrenſ.& Alex.quòd non dicatur quis lædi, ex actu,ex quo poteſt conſequi damnum,ſicuti comodum, licet caſualiter,in euentu,afferat damnũ. Et vide etiam Ant.Fabr. de erroribus. pragm. dec.8. error.10. & decad.13.error.5.Confert etiam deciſio huius legis,ad quæſt. an poſſit imponi fideicommiſſum reciprocum, in legitima? vt per Roderic. Suar. in repet. l.quoniam,in prioribus, inf. de inof.teſtam.ampliat. 6. nu. 6. fol.mihi,67. De quo vide ibi,per eum, Et vide Iaſ. in l.2.ff.de off.eius. Et licet tex. ille, loquatur in remiſsione reciproca,tamen habet locũ in ſimplici renunciatione,ſecundùm Salic. in l.1. per illum tex. nu.3.ſup.de pactis, Et ibidẽ Alex. col.2.nu.3. Et Gomez. ad leges Tauri,commentar. in leg.22. nu.15.in fine.

L. Interpoſitas. Ad hanc legem, quia Doct. aliqui, de metu reuerentiali, aliquid dicunt, adde, àn ipſe metus reuerentialis ſolus,ſufficiat,ad reſcindendum contractum,De quo,per Bar.in l.1.§.quæ onerandæ,ff.quar.rer.act.non det.Et Alex.hìc,nu. 5.Et Aret.conſ.24.col.2.Et Barbat.conſ.60.circa principiũ, vol.1.Et Rom. in l.pactum,nu.16.inf. de collat. Et latiùs per Rodoric.Suarez,alleg.24. per totam: Communis autem opinio,eſt quòd non ſufficiat,vt per allegatos videre poteris,Tamen iunctus vnà cum ènormi læſione,benè probat metum, & reſcindit ipſum contractum,ſecundùm Ruin.conſ.98.nu.24. vol.1.Et Crauett.conſ.11.nu.12. Et Aret.conſ.24.col.3. Et Cache-

Cacheran. deciſ. Senat. Pedam. 177. nu. 5. Et alios, per eum, relatos; Vel vnà cum alijs indicijs, & coniecturis, De quibus vide per Ruin. d. conſ. 98. Et Barbat. conſ. 60. & profectò, vol. 1. Et Pariſ. 139. ſtante facti narratione, vol. 4. Et Soc. cõſ. 263. capio primum, vol. 2. Et Corn. conſ. 124. multùm diffusè, vol. 3. Et Roland. conſ. 95. ab hoc ſeculo migrauit, vol. 1. Et Dec. conſ. 219. viſo puncto, Et Aret. conſ. 14. viſo, ac diligenter conſiderato, Et Crauett. cõſ. 10. Antonia; Sed quando dicatur purgatus metus, vide Cagnol. qui multos allegat, in l in omnibus cauſis, nu. 14. ff. de reg. iur. De hac materia metus, Grammatic. deciſ. 5. incip. in cauſa Pauli. Et latè per Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 28. Et Martin. Monter. deciſ. Aragon. 45. reſponſ. pro amita, par. 1. 2. & 3. Quod omninò vide, in materia metus, Et Boer. deciſ. 100. præſuppono.

L. Si diuerſa. Quò ad hanc legem, vide Affl. deciſ. 220. ante nu. 4. Molin. de primog. Hiſpan. lib. 4. cap. 9. nu. 43. Et Io. Vinc. de Anna, ſingul. 540. vbi multos allegat ad materiam huius legis, Et ibidem vide D. Fabium de Anna, eius filium, in Addit. ad eum.

L. Transfigere. In pœna ſanguinis poteſt tranſigi, in alijs autem nõ licet, vt hìc, Et in conſtit. Regni, incip. poſt citationem; Verùm, in quantum hìc Tex. indiſtinctè dicit, quòd liceat, intelligas, de iure Regni, ſecundùm d. conſtitutionem, Vbi eatenus permiſſa eſt concordia, quatenus, gratis fiat, & ante partis comparitionem, Et ſecundùm cap. Regis Caroli II. 207. incip. ad audientiam noſtram, querela plurium, Quo loci, limitatur diſpoſitio d. conſtitutionis, vt non procedat, ſi intereſſe pecuniariũ fiſci verſetur, Nimirum, quia ageretur de defenſa, vel pœna, quæ veniret applicanda fiſco, vbi autem non ageretur de intereſſe fiſci, procederet diſpoſitio d. conſtitutionis, ſecundùm Affl. in d. conſtit. Et Campagn. in d. cap. nu. 14. Vt .ſ. ante partis comparitionem, & ante litis cõteſtationem, non liceat, & accuſator cõtraueniens, puniatur, in decem auguſtalibus, fiſco applicandis, poſt autem litem conteſtatam, ambo puniantur, in auguſtalibus 24. Hæc tamen pœna, eſt mutata, per Ritum Mag. Cur. 203. incip. itẽ ſeruat ipſa curia, quòd ſi accuſator, Quo loci, imponitur pœna tarenorũ

ſex tranſigentibus, ante litem conteſtatam, poſt verò, tarenorum duodecim. At verò, ſecundùm aliam conſtitutionem, incip. poſtquam, aliàs, priusquam, videtur correcta hæc lex, cum d. conſtit. Iuxta quam, in atrocioribus iniurijs, & criminibus, ingerentibus pœnam ſanguinis, non licet, etiam gratis, tranſigere, ſecundùm Marant. in ſuo ſpecul. par. 6. in verb. & peruenitur aliquando per viam inquiſitionis, Vbi concludit, quòd hodie in Regno, gratis, tam ante comparitionem partis, quàm poſt, & tam ante litem conteſtatam, quàm poſt, non liceat paciſci, Et ipſum legas, quia multa dicit, circa hãc materiã, Cuius dicta reperies trãſcripta apud Aloyſiũ de Leo hìc, Et de intellectu huius legis, & multa, tam de iure communi, quàm de iure Regni Caſtellæ, & Portugalliæ, vide per Pet. Barboſ. in l. 2. in princip. par. 1. ſub nu. 104. cum pluribus ſeq. ff. ſol. mat.

Cyn. *Viſa ratione primæ regulæ, &c. Ego addo aliam rationem, ſecundùm Iacob. de Are. quia lex, in ſubditis, pudicitiam inuiolatam, præ cæteris, exigit, vt in Auth. de Lenonibus.)* Hæc ratio Cyni reprobatur à Coraſ. lib. 2. miſcell. cap. 1. quia idẽ eſſet ſtatuendum in cauſa ſtupri: Aliam rationem tradiderũt Pet. & Alex. & Paul. de Caſt. dicentes hoc, ſpeciale, fauore matrimonij, ne ignobili patre nati liberi, per adulterium, generoſis familijs inſerantur. Quæ ratio ab Alciat. lib. 5. paradox. cap. 8. reprobatur. Vnde ipſe aliam tradit rationem, dicens, ideo non poſſe tranſigi, quia de iure veteri, adulteri non puniebãtur pœna mortis naturalis, & ideo non poterat tranſigi, ex dicto huius legis; Quæ etiam ratio, reprobatur à Coraſ. loco cit. Vbi dicit, etiam iure veteri, fuiſſe cognitam pœnam mortis; Sed eum damnat Cæſ. Coſta, variar. ambig. lib. 1. cap. 36. Vbi, primum, qui pœnã mortis adultero irrogauerit, fuiſſe inquit Conſtantinum; Aliam rationem ipſe tradit, Et dicit, Ideò marito non permittitur tranſactio, quia diceretur leno ſuæ vxoris, vt in l. 2. §. lenocinij, ff. ad leg. Iul. de adult. cuius facinoris author, noluit Imperator videri: Et circa eandẽ legẽ, vide Alciat. d. lib. 5. cap. 9. & 10. Et de ratione huius legis, vide Ant. Gouean. lib. 1. lection. iur. variar. cap. 30. Iacob. Reuard. lib. 4. variar. iur. ambiguit. cap. 6. nu. 3. Et Cæſ. Coſt. loco cit. Et And. Fachin. lib. 1. controuerſ. iur. cap. 8. & 9. Vbi latè materiam huius legis, per quæſtiones, pertractat. Et Martin. Ant. del Rio, in commentar. ad hanc legem. Et Ant. Fab.

lib. 2.

lib.2. coniectur.iur.cap.vlt. Vbi,nulla alia lex, in toto Codice,obſcuriorem tractatum habet,ſecundùm eum, Et tandem concludit,verba hæc,*excepto adulterio*,ab imperito interprete addita eſſe, vt ibi per eum.

L.non minorem. Adde ad Cyn. quid in ſententia, an posſit ferri de nocte? Quòd ſic, poſt Iacob. Butrig. hìc, Luc. de Pen. in Addit. ad conſtit. baiulos omnes, col. 2. fol. mihi, 95. Communis opinio eſt,quòd non posſit,vt per Doct. hìc,& in l.more, ff. de fer., Sed conſentientibus partibus, posſit. Et cum Cyn. adeſt communis opinio, ſecundùm Surd. conſ. 158. teſtamentũ,nu.12.vol.2. Sed quot luminaria debent eſſe, tempore ſententiæ? Angel.in §.omnis, Inſtit.de verb.obligat. nu. 8. dicit requiri tria, Et ità ſe practicaſſe refert, Viu. comun. opin.lib.2.opin.248.col.2. Sed ſufficere vnum,Surd. d.conſ. 158. teſtamentum,nu.19. vol. 2. Et dum in hoc tex. comparatur authoritas tranſactionis, authoritati rei iudicatæ, adde Ant.Fabr.de errorib. pragmatic.decad.8. error.10. Vbi maiorem eſſe authoritatem tranſactionis aſſerit,ex Hermanopolo, lib.1. tit.10.

L. Siue apud acta.) Cyn. *& primò, quia tranſactio eſt pactum, quæro, in quam ſpeciem conuentionis,ſiue pacti,ic adit tranſactio?*) Ex ijs, quæ hìc latè ponit Cyn. apertè colligitur, quòd ipſe ſenſerit,& ſuppoſuerit,tranſactionem,eſſe contractum innominatum. Idem expresſè tenuerũt hìc, & alibi,ferè omnes alij Doct. Sed contrarium, .ſ. quòd ſit nominatus,firmat Coraſ. miſcellan.lib.1.cap.23. per totum, Et de concordia huius legis,cum l. cùm mota, ſup. eod. vltra Bar. & alios hìc, & Alciat. in l. cùm proponas eod. tit. vide And. Fachin. controuerſ.iur.lib.1.cap.10.

L. Sub prætextu. Cyn. *quartò oppono, inf. eod. aut virtus, & ratio recti ſermonis non patitur extendi*, &c.) Adde dicta per eundem,in l.ſi ex maiore, inf. de except. Vbi dicit, quòd, ſi creditor, recipiens partem debiti,faciat pactum de non petendo ſimpliciter,tale pactum reſtringatur ad partẽ ſolutam,ſecus ſi,generaliter, faciat pactum de non petendo, ex cauſa cuiuſcunq; debiti, quia talis promisſio trahitur ad omnia, etiam non ſoluta; Bar. in l. ſi de certa, inf.eod. & in l.emptor, §. Lucius,ff.de pact.Alex.conſ. 117.

117. incip. viſis ſupra narratis, nu. 1. vol. 1. Paul. de Caſt. Et alios hic, Curt. Iun. conſ. 101. præſupponitur, nu. 2. Affl. deciſ. 285. Baiuli, nu. 7.

Cyn. *Iuxta præmiſſa quæro &c. contrarium eſt verum, nam aliud in pacto, aliud in tranſactione,)* Gloſ. in l. emptor, §. vlt. ff. de pact. videtur intelligere legem hanc, in tranſactione tantùm, Cuius dictum ſequitur Innocent. in c. concurrenti, de off. ordinar. Et Bar. in l. de pupillo, §. ſi in pluribus, nu. 3. ff. de nou. oper. nunciat. Et ipſam Gloſ. ſingularem appellat Alex. conſ. 117. viſis ſupra narratis, nu. 3. vol. 1. Et Affl. deciſ. 285. baiuli, nu. 13. Quod dictum Alexandri, notandum dicit; Tamen Alex. ibi, non videtur, dictã opinionem, pro nimis tuta, reputare; Sed opinionem Cyn. hìc .ſ. quòd etiam pactum non extendatur ad alia non ſpecificata, quando pactum fieret ſub vna re certa, ſequitur Bar. hìc, & in d. l. emptor, §. vlt. Et alij Doct. hìc, & in d. l. ſi de certa; Et magis communem opinionem dicit Curt. Iun. conſ. 101. præſupponitur, nu. 2. Vbi, etiam generalem renunciationem non extendi ad ius, quod quis non habet in præſenti, Et idẽ Alex. conſ. 46. viſis, & accuratè conſideratis, nu. 8. vol. 1.

L. Si pro fundo. Pro intellectu huius legis, vide Soc. Iun. in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 171. ff. de acq. poſſ.

L. Tranſactionem. Hanc legem, dùm dicit quòd præſentia amicorum, & conſanguineorum, faciat præſumi, actum, non fuiſſe metu factum, limita, non habere locum, quando ille, qui metũ intuliſſe prætenditur, potuiſſet inferre metum, etiam conſanguineis, & amicis, ſecundùm Angel. conſ. 215. thema tale eſt, col. fin. quem referunt Doct. hìc, Et Dec. in conſ. 219. viſo puncto, nu. 11. Secundò limitat Salic. hìc, non procedere in filio, vel filia, cùm nulla reuerentia æquiparetur paternæ; Sed contra eum, fortiter inſurgit Alex. hìc, per rationes, ab eo, adductas, Et idem tenent Bal. Et Paul. de Caſt. Et videtur etiã tenere Iaſ. Limitatio tamen Salic. non ità diſſona videtur, & veram putarem, quando filius, vel filia ſcirent, quòd poſt diſceſſum conſanguineorum, eſſent remanſuri etiam domi patris, nàm tunc, non erit præſumendum, quòd contradicere patri potuerint, cùm timerent quòd poſt diſceſſum conſanguineorum, pater aliquid ipſis mali faceret, ex quo contradixerunt,

runt. Item hæc lex limitatur,non habere locũ,quando vnus amicus tantùm interueniſſet, ſecundùm Soc. conſ. 263. capio primum conſultationis articulum,nu. 10. verſ. ſed adhuc, vol. 2. Et Betrand. conſ. 4. viſis hinc inde propoſitis, col. 8. in 6. dubio, lib. 3. Tiraquel. in l. ſi vnquàm, in verb. ſuſceperit liberos, nu. 138. inf. de reuoc. donat. Item hæc lex non procedit, quando quis, ex illo actu, qui diceretur metu factus, repériretur enormiter læſus, ſecundùm Ruin. conſ. 170. de tribus, nu. 17. vol. 1. Et allegatos per Mart. Monter. deciſ. Aragon. reſponſo pro vxoris amita, par. 3. nu. 214. & deciſ. 32. incidit, nu. 31. & 32. Vbi idem dicit, præſertim ſi adeſſet reuerentia patris, & allegat Menoch. lib. 3. præſumpt. 34. Et Boer. deciſ. 100. pręſuppono, nu. 9. Item limitatur, non procedere, quando præſentia amicorum, non eſſet ſufficiens ad reſiſtendum violentiæ illius, qui arguitur de violentia, & ſic, poſſet, etiam illis, metum inferre, ſecundùm Angel. conſ. 280. Et Iaſ. hìc, nu. 1. Dec. conſ. 219. viſo puncto, nu. 10. Boer. in d. deciſ. nu. 8. Similiter, licet præſentia iudicis faciat præſumi abſuiſſe metum, non procedit, quando eſſet amicus patri, qui metum intuliſſe prætenditur, ſecundùm Grammat. deciſ. 103. Ill. Marchioniſſa, nu. 63. Et facit, quod, in ſimili, dicit Angel. conſ. 115. Et circa hanc materiam metus, vide relatos per me, in Addit. in l. interpoſitas, ſup. eod.

L. Si maior. De intellectu huius legis, vide per Rom. in l. ſi inſulã, nu. 25. ff. de verb. oblig.

L. Quamuis. Cyn: *dictum fuit, &c. Quæ eſt ergo ratio diuerſitatis, quia hic non poteſt pœnitere cum ſit cõtractus innominatus, &c. quia ſpeciale eſt in tranſactione, vt ſit litiũ finis.)* Communis opinio eſt, quòd tranſactio, ſit contractus innominatus, & tamen non detur pœnitentia, fauore finis litium, ſecundùm Alex. hìc, & alios, Et eundem Alex. in l. fratris, ſup. eod. Et Caccialup. in tract. de tranſact. quæſt. 5. in princ. Et Ioſeph. Ludouic. deciſ. 18. Ioannes Baptiſta, nu. 40.

L. Vbi pactum. De intellectu huius legis, vide Alciat. lib. 5. paradox. cap. 12.

L. Si quis maior. Circa hanc legem, vide Laurent. Kirchou. lib.

commun.opin.centur.3.concluſ.14. Et latiſſimè Anton.Gabr. commun. concluſ. lib. 3. in tit. de tranſact. concluſ. 1. nu.1. & ſeq. fol.mihi,294. Vbi multas habes ampliationes, & limitationes, Et alios cumulatos per M. Ant. del Rio, in ſuis miſcell. Et vide Monter. deciſ.Arag.13.nu.1.&ſeq. Et deciſ. Florent. 96. Et hanc legem,habere locum,in quocunq; contractu iurato, tenent Doct. hìc, Quibus adde Bauer. in tract. de virtute iuramenti, nu. 22. Bero.conſ.120.nu.9. & conſ. 124. nu. 5. vol. 1. Natta conſ. 426. Gabr. d. lib.3. concluſ. in tit. de tranſact. concluſ. 1. nu. 41. Dec. conſ. 104. nu. 1. vbi alios refert, Surd. conſ. 86. leuis, nu. 5. vol. 1. Et alios, quos refert And. Fachin. lib. 1. controuerſ. iur. cap. 11. Vbi teſtatur de communi: Contrariam autem opinionem, poſt Riminald.Purpur. Et Alciat. hìc, defendit Fachin. loco cit. vbi alios etiam refert, Et qualiter puniatur periurus, de iure Conſtit. Regni,vide conſtit. eos,qui ſcienter,vbi Doct. Et an hæc lex compræhendat mulieres tranſigentes,poſt Doct. hìc, vide Ant. Gabriel. loco ſupra cit. Et Fachin. loco etiam cit. Vbi concluditur,quòd ſic, Et an procedat etiam in Vniuerſitate tranſigente? Poſt Cagnol. hìc, & alios, Fachin. d. lib. 1. cap. 12. concludit quòd non, Et an locum habeat, quando tantùm fides fuit interpoſita, abſq; iuramento, Fachin. eod. cap. 12. Vbi diſtinguit, Et an pœnæ huius legis afficiant hæredes tranſigentis? Fachin. d.lib.1. cap.13. concludit, quòd non, poſt Cagnol. & Menoch.conſ.355. lib.4. Et an ſit locus purgationi moræ,ſaltem ex æquitate iuris Canonici, ad euadendas pœnas huius legis,Fachin.ibidem,Vbi quòd non,poſt multos,per ipſum,allegatos. Hæc lex habet locum etiam in emphiteuta, Natta conſ.481.nu.10. Et Cagnol.hìc,Bero.cõſ. 119. lib.1. & conſ.125.nu.8. Quos refert Ioſeph.Ludouic.deciſ.22.incip. Petrus Paulus,nu.13. & ſeq. Sed non habet locũ in minore iurante,propter eius imbecillitatem,Ioſeph.Ludouic.deciſ.18. incip.Ioannes Baptiſta,nu.17. vbi alios allegat.

L. Si ex falſis. Vide ad hanc legem Menoch. de arbitr. iud. lib.2. cent.1.caſ.15. nu.4. fol.mihi, 160.

L. Iubemus. Cauſa promulgandæ huius legis,quæ fuerit,deſcribitur à Cuiac. obſeruat. lib.12. cap.35. fol.mihi,178.

DE

DE ERRORE CALCVLI.

Ad hanc Rub. & ad hanc vnicam legem, in verb. *calculi.* Adde quòd quandoq; calculus ponatur pro ratione Fiſci, vt in tex. l. ſi qua per calumniam, ſecundùm Gloſ. ibi, ſup. de epiſcop. & cler. Et quibus alijs modis accipi ſoleat, vide per Gloſ. Et Pet. hic, Et Azon. in ſumma, Et per Gloſ. in c. prudẽtiam, de offic. & poteſt. iud. deleg. Vbi ponit hos verſus,

Calculus eſt ratio, numerus, ſententia, carbo,
Calculus eſt pondus, nummus, lapis, enſis acutus,

Et vide Ant. Auguſtin. lib. ſingular. ad Modeſtinũ, & ꝓpriè in l. ſpadonẽ, in verſ. neq; librarios, neq; calculatores, ff. de excuſat. tut. Vbi pro tabella iudicis poni põt, vt in l. rẽ non nouã, in princ. inf. de iudic. Itẽ pro rõne publica, vt in l. 1. ſup. vt omn. iud. Et alijs modis, vt ibi, per eũ. Et an error calculi, poſſit opponi poſt tempus à partibus præfixum, ſi clarè oſtendi poterit error ipſe? De qua queſtione, vide Teſſaur. deciſ. 260. incip. calculo facto, Vbi concludit quòd non, maximè quando tale pactum eſt iuratum, Vide etiam And. Fabr. de errorib. pragmatic. decad. 8. error. 10. circa medium.

DE POSTVLANDO.

L. Quiſquis. Adde conſtit. Regni, incip. cultus iuſtitiæ, In qua ſtatuitur, quòd aduocatus non poſſit, abſq; licentia iudicis, proponere iura ſua, vel pro alio poſtulare, nec etiam procurator, Neque actor, neque reus, neque partes poſſint ſuum aduocatum loquentem corrigere, & eius ſermonem interrumpere, niſi in caſu, quo eis inferret præiudicium, Et omnes in iudicio teneantur ſilentium obſeruare, aliàs poſt trinam, ſine interuallo, monitionem, incurrant pœnas, de quibus ibi. Item adde Gloſ. in l. ex ea cauſa, ff. eod. tit. Quæ ſenſit, aduocatum verboſum priuari poſſe, officio aduocationis. Quæ tamen, iure, damnatur à Præceptore meo Alex. Turam. in tract. de legib. lib. 2. cap. vlt. nu. 21. nam vitium ſuperflui, afficit orationem, non diſpoſitionem, Quam ſuperfluitatem reſecandi, poteſtas, iudici tributa eſt, per hanc legem noſtram. Item adde, quòd aduocati debeant ſeruare ordinem, nam prius debet loqui

qui aduocatus actoris, & poſtea aduocatus rei, Quod hodie bene ſeruatur, Et hæc practica, deſumpta eſt, ex tex. l. Neſennius, ff. de neg. geſt. ſecundùm Alberic. ibi. Qui autem ſint honorati, de quibus fit mentio in hac lege, vide Cæſar. Coſt. variar. ambig. lib. 1. cap. 41. Vbi dicit, fuiſſe quoſdam aduocatos illuſtres, qui in Vrbe, tam veteri Roma, quàm noua, honorati dicebantur, quia publico ſtipendio, & annona Principis nobilitati erant, & honeſtiorem locum, inter cœteros obtinebant, & eiſdem dabatur facultas orandi præ cœteris.

DE ADVOCAT. DIVERS. IVDICIOR.

L. 1. Gloſ. 1. & 2. in conſtit. Regni, incip. pœna calumniæ, ſub tit. de pœna calum. lib. 2. dicit, hanc legem corrigi, per d. conſtit. Quę vult, quòd quis non præſumatur calumniari, nec incurrat in pœnam calumniæ, niſi ſit in euidenti calumnia.

L. Binos. Hæc lex, ſolet allegari à quibuſdam, quòd duplex gerẽs officium, duplex debeat habere ſalarium; Sed male, ſecundũ Pinell. de bon. matern. in l. 1. par. 3. nu. 74. fol. mihi, 495. quia non loquitur de vno habente duplicem qualitatem, aut duplex officium, ſed de pluribus, habentibus idem officium, cũ æquali prærogatiua, vt conſtare dicit ex litera hìc, *paribus, dignitatis, & priuilegiorum inſignibus*.

DE ADVOC. DIVERS. IVD.

L. Per hanc. Hæc lex, in quantùm vult, quòd aduocato Fiſci, ſoluatur ſalarium, in medietate anni, hodie, in Regno, non eſt in vſu, quia ipſi, & alijs officialibus, ſoluitur ſalarium, ſingulis quatuor menſibus, (Tertia vulgò appellatur,) vt in pragmat. incip. Regiæ dignitati, Et per Carauit. Ritu, 9. nu. 2. & Ritu 19. nu. 15.

L. Nemo. Hæc lex loquitur in gradu captato per ſaltum, & ſic, ambitioſè, ſecus in eo, qui, abſq; poſtulatione, fuiſſet promotus, vel quando Princeps vellet præferre poſteriorem in ordine, maximè ex cauſa, puta maioris meriti, ſecundùm Franc. Marc. deciſ. Delphin. 868. incip. quæritur an in ordine dignitatis, nu. 8.

DE

DE ERROR. ADVOCAT.

L. 1. Hæc lex, ſecundùm And. de Cap. in materia conſtit. incip. lite, argumento eſt, quòd procurator, poſsit reſeruare, vel offerre iura ſua, in termino ſibi dato ad probandum, quando principalis eſſet abſens, ſecus, ſi præſens; Vnde, pro cautela, docet, vt in continenti, cùm quis conſtituit procuratorem, ſe abſentet à iudicio, vt refert Bartholom. de Cap. in Addit. ad conſt. Regn. lite, ſupra allegata, Et ibidem, ita obtinuiſſe d. And. dicit.

L. Errores. Cyn. *Quæris Gloſ.* &c.) Qualiter negatiua probetur, vide Martin. de Fano, in ſuo tract. de negatiua, in 1. vol. tract. vniuerſ. Et Hieronym. Magon. deciſ. Florent. 17.

VT QVAE DESVNT ADVOC. PART.

L. Non dubitandum.) Cyn. *Idem, ſi reſpicias publicam vtilitatem.*) Quòd iudex, ex officio, ſupplere poſsit, in ijs, quæ publicam vtilitatem reſpiciunt, vltra Cyn. Bal. hìc, nu. 4. Iaſ. in l. quod iuſsit, ff. de re iudic. Martin. Monter. deciſ. 21. actionem, nu. 5. Et ibidē ſequitur Cyn. hìc, quòd in facto notorio, iudex ſupplere poſsit, & allegat Rip. in l. 4. §. hoc autem iudicium, nu. 34. ff. de dam. infect. & alios.

EX QVIB. CAVS. INFAM. IRROG.

L. 1. Cyn. *Hac vera, niſi carcer detur ad pœnam, quod faciunt iudices eccleſiaſtici in foro ſuo, ſecus in noſtro foro.*) Adde quòd, de iure conſtit. Regni, hodie, carcer detur etiam ad pœnam, ſicuti de iure canonico, vt in conſtit. Regni, incip. ij, qui per inquiſitiones, lib. 1. Prout notant Scribentes ibi. & in conſtit. humanitate, lib. 2. & in conſtit. quiſquis à modò, lib. 3. & in cap. Regni Regis Carol. I. incip. placuit, & in alio cap. eiuſdem, incip. quòd quinterni. Quādoq; etiam de iure ciuili, carcer datur ad pœnam, ſecundùm Afflict. in d. conſtit. humanitate, nu. 53. Ad quod, allegat tex. in l. 1. inf. de emendat. propinq. Intelligendo tamen prout aliqui, quòd, vigore dictæ legis, pater poſsit carcerare

filiam. Et licet carcer non detur pro pœna, de iure ciuili regulariter, tamen, in ſe, pœna eſt, ſecundùm Iſern. in conſt. locorum baiuli, per tex. in l. 1. inf. de cuſtod. reor. Sed in Regno inoleuit practica, quòd, in criminibus leuibus dici ſoleat, Carcer cedat in pœnam.

L. Et ſi ſeuerior. Cyn. *Primò quæro, quia iudex poteſt minuere, & augere pœnam, ex cauſa, quæ ſint iſtæ cauſæ, quibus,* &c.) Cauſas, ex quibus iudex poteſt augere, & minuere pœnam, vide per Affl. in cap. 1. in verb. & bona, nu. 163. quæ ſint regal. in vſib. feud. Grãmat. deciſ. 23. dùm fuiſſet, Et latiùs vide per Parid. de put. in tract. de Syndic. in verb. pœna, cap. 6. Et latiſsimè per Tiraquell. in tract. de pœn. temper. aut remitt. cauſ. 1. & ſeq. Sed an iudex, quãdo, ex cauſa, minuit pœnam, vel auget, teneatur exprimere cauſam, vide Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæſt. 96. nu. 17. fol. mihi, 141. Et latè Tiraquell. in d. tract. de pœn. temp. aut remitt. in princip. nu. 54. vſq; ad finem ipſius præfat. Et, an, quando quis eſt conuictus, ex præſumptionibus, ſit iuſta cauſa minuendi pœnam, vide pulchrè per Sarmient. ſelect. interpret. lib 1. cap. 1. Et D. de Franch. deciſ. 372. Simon Aderiſius, Vbi pluries dicit fuiſſe deciſũ, in Sac. Conſ. & quòd nunquam fuerit punitus pęna ordinaria. Sed an iudex, minuens pœnã delicti, ſine cauſa, ſit puniẽdus, & qua pœna, vide Rom. ſingul. 77. incip. Veni quà. Vbi dicit, iudicem notandum eſſe infamia, per tex. not. in l. ſeruus, qui, inf. ad leg. Iul. de vi. publ. Nec non, debere puniri, ea pœna, qua puniendus erat ipſe reus, per tex. quem dicit vnicum, in l. fin. ſupra, ne ſanct. baptiſ. iteret. Ad quod facit, quod refert And. de Iſern. in d. cap. 1. in verb. bona, col. 6 ſe vidiſſe ſemel per Regẽ Carolum I fuiſſe ſuſpenſum quendam iudicem, ex eo, quòd ſuſpendendum, ad manus mutilationem, tantùm, damnauerat. Aduerte tamen, quòd tex. in d. l. fin. videatur loqui in iudice, qui dolo, ſine cauſa, minuit pœnam, non in eo, qui, per ignorantiam, hoc fecit, ſecundùm And. loco cit. Vbi ponderat tex. ibi, in dictione, *diſſimulando*, Quod videtur etiam, de mente tex. illius.

DE PROCVRATORIB.

L. 2. Cyn. *Veriùs dicit Gloſ. licet in cauſa principali, fuerit cautum, non tamen ad cauſam appellationis*

pellationis extenditur,&c.) Opinionem Cyn. hìc, quòd .ſ. fideiuſſor de iudicatum ſoluendo, non expreſſo nomine iudicis, non teneatur in cauſa appellationis, communiter ſequuntur Doct. hìc, teſte Gloſ. & Doct. in l. cùm apud Sempronium, ff. iudicat. ſol. Et Viu. lib. 2. opin. 118. Et Gabr. concluſ. 4. ſub tit. de fideiuſſor. Verùm, in iudicando, non obtinuit, vt per Gabr. loco cit. vbi allegat Aegid. Bellamer. deciſ. 353. Et per D. de Franch. deciſ. 320. incip. in deciſione, Vbi multos allegat, tenẽtes opinionem Martin. Sylima. Et ſecundùm eum, iudicatum dicit, Quæ opinio, etiã vera videtur Teſſauro, deciſ. 202. incip. fideiuſſor, Et quotidiè ità practicatur, Et ità, pluries, in Mag. Cur. fuit iudicatum: Sed quid in fideiuſſore expenſarum, dato in prima inſtantia, an teneatur in ſecunda? Vide pulchrè, & latè per Teſſaur. loco cit.

L. Qui ſtipendia. Cyn. *Prætèrea ponamus', quòd laicus ceſſit iura ſua in clericum, de genere ſuo, nunquid præſumatur fraus.* &c.) Ceſsio facta in clericũ conſanguineũ, non præſumitur facta in fraudem, ſed ratione conſanguinitatis, Vndè non habet locum titulus, infra, ne lic. potent. ſecundùm Cyn. hìc, & in l. penult. inf. mandat. Et ibidem Bal. nu. 23. & hìc, nu. 3. Et eundem Cyn. in l. 1. inf. ad leg. Iul. repetund. Et Innocent. in c. ex parte, in fine, de alienat. iudic. mutand. cauſ. fact. Affl. in c. 1. §. & ſi clientulus, nu. 31. de alienat. feud. in vſib. feud. Licet contrarium ſenſerit Speculat. in tit. de ceſsion. actio. §. 1. nu. 9. verſ. ſed nunquid, Nam contra eum, videtur ſentire Io. And. in Addit. ibi, Et notãdum dicit, Io. de Amicis, conſ. 24. exceptionis peremptorię, nu. 8. Tiraquel. in tract. de vtroq. retract. in præfat. nu. 53. Carauit. Ritu 228. nu. 13. Et Surd. conſ. 22. reuerendo, nu. 20. vol. 1. Et circa intellectum, & materiam illius tit. ne lic. potent. vide per Cacheran. deciſ. 114. ex actis, nu. 12. cum aliis. Sed an retroceſsio eiuſdem rei, facta clerico, vel alteri potentiori, qui eam donauerat, pręſumatur, facta in fraudem, ità vt habeat locum, idem tit. ne lic. potent.? Facit fortaſſe, quòd, vno verbo, dixit Gloſ. in l. ſi ita ſtipulatio, 19. verb. comprehenſis. verſ. ſed contra, ff. de verb. oblig. Vbi & Bar. & alij, Per tex. in l. ea, quæ, ff. de donat. int. vir. & vxor. iuncto tex. in d. l. ſi ità ſtipulatio, Et Pinell. in l. 1. par. 3. nu. 58. inf. de bon. matern. Et Mart. Monter. deciſ. 46. iàmpridem, in fine. Et latisſimè, deciſ. 47. iuxta thema, per totum. L. Litem.

L. Litem. Quid ſit hìc, redimere litem, declarat Connan. commentarior. iur. ciuil. lib. 5. cap. 5. fol. 303. lit. C.

Cyn. *tamen non poteſt in quota litis, vt hic, quia per fas, & nefas, conaretur ad victoriam.)* Hac ratione, fuit edita, in Regno, Pragmat. Ducis Oſſunæ, in ordine, 19. incip. Don Petrus Giron, Qua prohibitum eſt, paciſci de certa quantitate, licet non de quota litis, Sed circunſcripta pragmatica prædicta, quid, ſi fuerit promiſſa certa quantitas, in caſu victoriæ, an debeatur, ſi fuerit facta tranſactio? Vide per D. de Franch. deciſ. 265. aduocatus, Vbi concludit, quòd, ſi eſt facta in fraudem, ne quis præſtaret palmarium, totum debeatur, ſin autem, bono conſilio, quia res erat dubia, pro rata, conſiderata facundia, & laboribus aduocati.

L. Inuitus. Cyn. *Septimò quæro, &c. Item facit pro eo, quod lex dicit, quòd paupertas excuſat, ergo intelligitur de appellatione proſequenda, quia in appellando, non fiunt expenſæ.)* Adde an verùm ſit, quòd paupertas non excuſet, quò ad introducendam appellationem, ſed bene quò ad proſequēdam, Cyn. in ead. leg. Et alios Doct. Quibus adde Bal. conſ. 5. quæritur, vtrum viduæ, nu. 1. vol. 1. Et Guid. Pap. deciſ. 436. nu. 22. Et And. Gail. pract. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 142. nu. 4. fol. mihi, 210. Vbi ponit quandam diſtinctionem, quam vide.

Cyn. *Vndecimò quæritur, nunquid ſicut procurator debet appellare, ità teneatur iudicem recuſare, ſi ſit ſuſpectus, & cauſam recuſationis exercere? dicendum* &c.) Sed an procurator poſsit iudicem ſuſpectum allegare, ſine ſpeciali mandato, vide Alex. conſ. 26. nu. 12. vol. 6. Et Pariſ. conſ. 31. nu. 72. & 115. uol. 1. Et Roland. conſ. 19. quoniam, nu. 2. vol. 3. In quibus locis, habes, quòd non; Et an poſſit, ſine ſpeciali mandato, renunciare ſuſpitioni alicuius iudicis, vide Pariſ. d. cōſ. 31. nu. 54. Vbi dicit, quòd nō, Quod verū eſſe credo, Nam ſicuti nō pōt allegare iudicem ſuſpectū, ſecundùm allegatos, & ſecundùm Rebuff. conſtit. Gall. in tract. de recuſat. gloſ. 1. artic. 1. nu. 2. fol. mihi, 150. vol. 3. & eundem in tract. concord. in rub. de elect. derogat. in §. fin. in gloſ. penult. fol. mihi, 111. ità, nec etiam poteſt ei acquieſcere, cùm ſit ſuſpectus, non enim video diuerſitatem rationis. Ad quod etiā facit, quod dicit Rebuff. loco proximè cit. quòd ipſe procurator non poſſit prorogare iuriſdictionem alicuius iudicis, Vnde ita etiam erit dicendum, vt neque poſſit acquieſcere alicui iudici ſuſpecto, cùm

quædam

quædam ſpecies prorogationis iuriſdictionis videatur, Facit præterea ad hoc, quod dicit Rebuff. loco cit. Io. Fab. in l. ſi quis ex conſenſu, nu. 9. ſup. de epiſc. audent. Nec non facit, quod dicit Bar. in l. ſi procurator, nu. 7. ff. de condict. indeb. Vbi vide.

L. Alienam. De ratione huius legis, uide aliqua, per Connan. commentarior. iur. ciuil. lib. 6. cap. 8. fol. 376. lit. A.

L. Maritus. Hæc lex, affertur in argumentum ab Iſern. in conſtit. Regni, ſi vaſſallus, col. 4. quòd, licet feudatarius amittat feudum, ſi fuerit contumax, in non præſtando ſeruitium, ad diem ſtatutum, tamẽ non, per hoc, perdet poſſeſsionem feudi, priuſquàm ſciatur, an habuerit iuſtam excuſationem, Vbi tamen limitat, quando monitus fuiſſet, vt veniat, certa die, vel mittat excuſationem, vt ibi per eum. Et de intelectu huius legis, Ant. Fabr. coniecturar. iur. ciuil. lib. 13. cap. 3.

L. Licet. Cyn. *& ideo ſic diſtinguas, reuertendo ad præmiſſam diuiſionem, quòd exceptio procuratoris duplex eſt, vna, quæ dicitur, non potes eſſe procurator, quia miles, &c & iſta, breuiter dico, quòd non habet locum, poſt litem conteſtatam.)* Ad Cyn. dum dicit, quòd exceptio illa, quòd quis non poſsit eſſe procurator, non poſsit opponi, poſt litem conteſtatam, quia pars, videtur approbaſſe eum, ſed ſecus, ſi, quòd non habeat mandatum, & ſic, quòd non ſit procurator verus, adde Specul. in tit. de procurat. §. 1. verſ. ſed pone, Et Gloſ. in c. 1. in verb. criminalis, de iudic. in 6. Et Gloſ. in l. quamuis, §. indubitati, inf. de adult. Et Bal. in l. ità demum, nu. 5. vbi notandum dicit, ſup. eod. Bar. in l. Pomponius, §. ratihabitionis, ff. de procurat. Alex. conſ. 74. circa id, nu. 2. vol. 4. Felyn. in c. meminimus, in 5. col. de accuſat. Et Canoniſtæ, in c. veniens, de accuſat. Federic. de Senis, conſ. 293. factum tale eſt, in fine. Roman. conſ. 215. duo ſunt, Hyppolit. de Marſ. vbi alios allegat, & plura affert, in l. ſi quis ne quęſtio, nu. 88. & ſeq. ff. de quæſt.

L. Quicunque. An Epiſcopus poſsit, per ſe, litigare, vide Marian. Soc. in c. cùm in cauſa, 2. notab. nu. 3. de iuram. calum. Et ibidem, quid de iure canonico. Item hæc lex, cum ſua auth. ſeq. intelligitur, non ſolùm in illuſtribus, verùm in omnibus alijs,

A 2 qui

qui minacem timorem aduerſarijs inferre poſſunt; Et de intellectu huius legis, vide Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 1. caſ. 68. nu. 50.

L. In pecuniarijs. Cyn. *ſed quid, &c. Præterea ad quid vocaretur cedens, cùm ſua confeſſio, vel reſponſio nihil præiudicet.* &c.) An, & quando confeſſio cedentis, præiudicet ceſſionario, vide per Bar. in l. facta, §. hæres, ff. ad Trebell. Et latius, & pulchriùs, per Paul. de Caſt. ibidem. Vbi, non multũ diſtinctè declarari ab alijs, dicit, Et vide Affl. deciſ. 163. incip. die ſeptimo, nu. 5. Vbi, fuiſſe cõcluſum, dicit, quòd, ſi cedens, poſt ceſſionem, confiteatur, quòd ſibi fuerit ſatisfactum, antequàm cederet, talis confeſſio non noceat ceſſionario: Sed quid, ſi dicat, fuiſſe ſatisfactum poſt ceſſionem? Adhibe diſtinctionem poſitam per Paul. de Caſt. loco cit. Et vide Alex. conſ. 46. nu. 4. vol. 4. Et Corn. conſ. 139. col. 1. verſ. non obſtat ſi dicatur, vol. 3. Roland. conſ. 58. nu. 15. vol. 3. Cephal. conſ. 21. nu. 1. Et Natt. conſ. 152. nu. 11. Bertrãd. conſ. 290. vol. 2. Gozad. conſ. 3. nu. 8. Bero. conſ. 187. nu. 5. vol. 1. Alciat. conſ. 136. nu. 3. Et Surd. conſ. 82. de anno, nu. 23. & 30. & conſ. 22. reuerendo, nu. 10. vol. 1.

Cyn. *Si iudex citauerit aliquem, in pecuniaria cauſa, nec ſpecialiter, in citatione, dederit poteſtatem citato per procuratorem reſpondere, poteſt nihilominus, per procuratorem, comparere.*) Adde gloſ. in conſt. Reg. incip. edictorum, in verb. aut aliũ, in gloſ. 4. Quæ dicit, hoc procedere, etiam de iure d. conſtitut. Et vide Affl. ibidem, nu. 36. & 11.

NE LICEAT POTENTIORIB.

L. Diuinæ. De intellectu huius legis, & legis ſeq. vide per Paul. Emil. deciſ. Rot. 105. incip. ceſſio, nu. 2. & ſeq. 1. par. Et circa finem huius tex. vide Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 5. caſ. 438. nu. 11. Et alios relatos in miſcellan. M. Anton. del Rio.

VT NEMO PRIVAT.

L. Ne quis vela. Quæ ſint hæc vela, de quibus, in tex. fit mentio, vide Iacob. Reuard. lib. 5. varior. cap. 11. Vbi dicit, vela regia, & cortinas regias, eſſe vnum, & idem, Et Gulielm. de Cun. in

tract.

tract.de ſeruitut. nu.30. Et Menoch. de arbitr. lib.2. centur. 4. caſ.338. nu.12.

VT NEMINI LICEAT. &c.

Hic titulus, legi debet, *vt nemini liceat, ſine iudicis authoritate, ſigna imprimere rebus, quas alius detinet*, non autem, *vt nemini liceat, ſine iudicis authoritate, ſigna rebus imponere alienis*, ſecundùm Iacob. Reuard. lib.5. varior. cap.16. in princip. Et in hoc tit. prohiberi, dicit, litigatoribus, imponere ſigna propria, rebus litigioſis, quæ, per alium, detinentur, cauſa cuſtodiæ, vel depoſiti, ſine licentia iudicis:

DE NEG. GEST.

L. Alimenta. Cyn. *Ad l. iſtam oppono, &c. Pertinet ad matrem, quando ipſa præſtat cauſam diuortio, vt in §. illud, in Auth. vt lic. mat. & aui.*) Cyn. hìc, videtur tenere opinionem Gloſ. hìc, Quę aſſerit, quòd ſi diuortium, ſit factum, culpa mariti, tunc liberi, alendi ſint, penes matrem, expenſis patris, & è contrario, ſi culpa vxoris, ſit factum diuortium, filij alendi ſint, penes patrem, expenſis matris, Et hoc, per Auth. vt lic. mat. & aui. §. illud quoq; Ex qua deſumitur auth. ſi pater, inf. de diuort. fact. Et hanc Gloſ. ſequuntur Bar. Et Paul. de Caſt. hìc, Et eam communiter eſſe receptam, teſtatur Boer. conſ.17. viſo facto, nu.11. Quam etiam communem appellat Aluar. Valaſc. conſult.92. quæſtio hæc, nu.11. Sed contra Gloſ. & Cyn. hìc, tenet Salic. hìc, nu.3. quia in d. §. illud quoq; hoc non dicitur, nec leguntur verba, poſita in d. auth. ſi pater, (*matris locupletis expenſis.*) addita ab Irner. in d. auth., Et in puncto iuris, veriorem opinionem Saliceti, ait Alex. hìc, nu.6. Qui videtur inclinare in eam, licet ſub dubio, Et nimis licentioſum fuiſſe Irner. in addendo dicta verba, inquit Valaſc. loco cit. Et ad rationem, quæ pro cõmuni opinione adducitur, nempe, quòd, ex quo, diuortio facto, maritus habet dotem reſtituere, iniquum eſſet, ſi teneretur alere filios, abſq; dote, reſpõdet, quòd, adhuc, onus alendi, ad eũ ſpectet, ratione patriæ poteſtatis, quæ maximos producit effectus, quaq; non gaudet mater, Et communem opinionem videtur ſequi Pet. Barboſ. in rub. ff. ſolut. mat. in 2. par. nu.53. qui allegat Cordub. in l. ſi quis à liberis, §. ſi mater, nu.11. ff. de lib. agnoſc. Quem, ait, tueri

tueri communem opinionem.

Cyn. *Secundò quæritur, pone, pater, relictis duobus filijs impuberibus, vno maſculo, altero fœmina, & vxore ſuperſtite, pater prædictorum filiorum deceſsit, & filium hæredem inſtituit, filiam paruu-lam dotauit; mater ſecum retinuit filiam, & aluit eam, vult repetere à fratre, nunquid poſsit?* Adde, quòd opinionem Cyni ſequitur Bal. hìc, nu. 3. Et Paul. de Caſt. in fine, Et Fulgoſ. Qui dicit veram, quando frater, eſſet hæres patris, Et Raynald. quem refert Alex. hìc, Sed contra, quòd non poſſit repetere, tenet Bar. in l. ſi quis à liberis, §. item reſcriptum, ff. de liber. agnoſc. Et Mattheſil. ſingul. 148. incip. nota quòd iſtud onus. Et Io. And. in Addit. ad Specul. in rub. de ſtatu monach. in fine, verſ. procedit vltra Ricardus, Et Alex. hìc, nu. 11. Gomez. ad leges Tauri, coment. in leg. 40 nu. 76. Vbi allegat etiam Pet. de Bellapert. & Iacob. Butrig. hìc, Qui tamen non loquitur in ſpecie huius quæſtionis, Et ibidem allegat Suarez, pro opinione Cyni.

L. Quod in vxorem. Cyn. *Intelligit verum eſſe Vbertus de Bobio, quando habuit mulier dotem. ſi autem dotem non habuit, quæ fuit promiſſa, tunc non tenetur.)* Adde Gloſ. in Auth. de non eligend. ſecund. nub. §. fin. in verb. onera, Quam ſingularem dicit Boer. deciſ. 22. incip. dico, in princip. Alex. conſ. 56. in præſenti conſultatione, nu. 10. vol. 4. Et Bal. in l. generaliter, in ſ. ad Velleian. Et Doct. in l. ſi donaturus, ff. de condict. ob cauſ. Et Gomez. ad leges Tauri. comentar. in leg. 51. cum tribus ſeq. nu. 31. Vbi communem dicit, & alios allegat. Sed contra dictam Gloſ. tenet Couar. de ſponſal. 2. par. cap. 7. nu. 2. Cacheran. deciſ. Pedam. 132. nu. 18. Verùm Bal. Nouell. de dote, 6. par. priuileg. 43. nu. 3. diſtinguendo, dicit, de iure ciuili, procedere opinionem Gloſ. non autem de iure canonico, cui, in hac materia, ſtandum eſt; Cuius tamen dictum, reprobatur à Pet. Barboſ. in l. 1. in 3. par. ſub nu. 55. ff. ſol. matr. Et ibi etiam reprobat concordiam Ant. Cordubæ, in l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex ijs, nu. 53. ff. de liber. agnoſc. Et tandem ſequitur opinionem Sum. Silueſtr. in verb. dos, nu. 11. Quòd, aut vir non traduxit vxorem, in domū ſuam adhuc, & tunc, non cogitur, ſi dos non ſoluatur, traducere eam, aut traduxit, & tunc, non poteſt, propria authoritate, expellere. Sed quid ſi præſtiterit alimenta, & ei fuerint promiſſæ vſuræ, & non ſolutæ, ſi non petierit vſuras, nec alimenta, an hæredes ipſius petere poſſint? Bar. in l. vir vſuras, ff. de donat.

inter

inter vir. & vxor. dicit, non poſſe petere, quia cenſentur remiſſæ, Quod ſingulare dicit Franc.Cremenſ.ſingul.5.incip.ſi maritus, Alex.conſ.74. viſo titulo, nu.8. vol.5. Rom. conſ. 517. in caſu propoſito, nu.16. Grammat. deciſ. 103. Illuſtris Marchioniſſa,nu.29.Et ità fuiſſe deciſum,teſtatur Cacheran. deciſ.132.in dubium, vbi alios allegat, Sed vide Menoch.lib. 3.præſumpt.25. præſumpt. vbi latè. Sed an per ſolam taciturnitatem viri, non ſecuta morte ipſius, cenſeantur remiſſæ, vide per Cacher. latè ibidem,Vbi quòd non. Item Cyn. hìc, generaliter dicit,quòd vxori debeantur aliméta, Quod intelligitur tàm in vxore ſana,quàm in vxore ęgra;Sed Rom.in l.ſi vero,§.de viro,fallent.44.ff. ſol. matr. dicit,quòd non,Et idẽ Alex.in l.inſulam,§.vſuras,nu.3. ff.ſol.matrim.Et hoc,per hũc tex. arguendo à contrario ſenſu,Et per tex. in c.ſalubriter, de vſur.Et ibidem Imol.circa finem,Et idem Ruin.conſ.61.caſus iſte,nu.6. vol.4. Grat.conſ.57.nu.6. par. 1. Et veriorem opinionem dicit Pet.Barboſ.in l. ex diuiſione,nu.48.ff.ſol.matr. Sed contra,Ruyn.in d. l. ex diuiſione,nu.2. poſt Imol.ibidẽ, Et Soc. Iun. conſ.114. non eſt dubium, nu. 47. Et non tutum dicit Cacheran. d.deciſ. nu.17.

Cyn. *Aut hoc contingit propter culpam, & temeritatem mariti, & tunc, idem quod in primo caſu, quando eſt in eius obſequio, agg.&c.)* Adde ad Cyn. hìc, dùm dicit, quòd vxori debeat maritus alimenta,ét ſi ſeparatim habitet,quando contingit ob culpam ipſius mariti,Bal. in l. 1.nu.9.inf. de legat.Et ibi Iaſ.nu.4. Cuman. conſ.175. domina,nu.3. Bal.in c.pen. nu.32. de conſuetud. Hippoly.in l. vnic.nu.vlt.inf.de rapt.virgin.Guid.conſ.127.nu.3.Et Pet.Barboſ.in rub.ff.ſol. matrim.in 2. par. nu.43.Vbi prædictos,& alios allegat,& ibidem refert Perez in l. 4. tit. 4. lib. 5. ordinamen. pagina 164. col.3.Et Lar.in l.ſiquis à liberis,§.ſiquis ex ijs, nu.36.ff. de liber.agnoſc.Ampliãtes hoc dictum,etiam ſi neque culpa ipſius mariti, contingeret, puta ſi eſſet furioſus, nam tunc etiam debebit alimenta,ſi aliqua culpa in vxore non reperiatur,Et ibidem ſubdit, quòd vltima culpa,ſit attendenda, vt ſi vxor à marito temerè diſceſſerit,& poſtea,eam peniteat,& velit redire,maritus autẽ noluerit eam recipere,tunc enim tenebitur ad alimenta, per Gloſ. 1. ad finem, in c. ſignificaſti, de diuort. Et Alex. conſ. 78. nu. 1. lib.5. Et idem è conuerſo,ſi maritus cauſam dederit, & poſtea velit eam recipere,etiam offerendo

cautionem,& ipſa recuſet,non tenebitur,cùm mulier, vltimò loco,ſit in culpa.

L.Fin. Cyn. *vltimò quaero*,&c. Alias limitationes, ad hanc leg. vltra Cyn. hìc, vide per Ant.Coſert. ſingul.ſuis,& ꝓpriè ſub verb. expenſa,incip. tu habes,Vbi quinque refert limitationes,quas notādas dicit,quia alibi,non ita, in vnum faſciculum,collectæ reperiuntur. Sed tu vide,vltra ipſum, Rom.in l.ſi mulier, nu. 31. & ſeq. ff.ſol. matrim.Vbi eaſdem ponit limitationes, Credo tamen, quòd ipſe Corſet. non viderit Rom. loco cit. Et vide Alex. hìc, nu.6.& ſeq.Et alios cumulatos in miſcell. M.Ant. del Rio, Et de materia,& intellectu huius legis, vide latè per Martin. Monter. deciſ. Regni Aragon. in ordine,2. nu.49. cum ſeq. Hæc lex allegatur ab Iſern. in conſtit.in aliquibus,col. 10.verſ.pater cogitur,fol.mihi,240.col. 2. Quòd, licet,fratre dotante ſororem,viuente patre,nomine patris,pater cogatur habere ratum, & ipſe frater, mortuo patre, liberetur ab obligatione dotandi, nec teneatur ad paragium, tamen,ſi pater,à principio cōtradixerit,tunc non liberetur frater à paragio, quia videtur dotaſſe de proprio, loquendo tamen,in terminis d. conſtit. nàm non excluditur filia à ſucceſſione patris,niſi fuerit dotata de bonis patris; Sed,de iure conſuetudinario,eſſet ſecus,quia ſufficit vnicum paragium,vt per D.de Franch.deciſ. 87.incip.fuit aliàs dubitatū.De quo tamē dicto Andreæ,valdè dubito, nam fortè,non eſt indiſtinctè intelligendum, quid enim,ſi pater non habuit iuſtam cauſam contradicendi? Sanè,tunc, nō obſtante tali prohibitione,poteſt frater dotare de bonis paternis,ità,vt ſoror,mortuo patre, non poſſit petere paragium, argum. eorum quæ habet Cyn. hìc, & alij, Et Rom. & Corſet. locis citatis.

DE DOLO.

L. 1. 3. Latè, de intellectu huius tex. quòd legendum ſit, *quos non bona fide percepit*, & quòd competat tam actio de dolo, vt hìc, quàm actio mandati. l. ſi mandatum, §. 1. ff. mandat. arbitrio debitoris,Et de ratione huius legis, Et quòd fructus omnes ſint reſtituendi, ſiue debitum,à fideiuſſore ſolutum, ſimplex fuerit, ſiue vſurarium, quicquid alij dixerint, Ant.Fab.

de

de errrorib. pragm. decad. 9. error. 4. & decad. 10: error. 3. Et eundem, decad. 8. error. 1. & decad. 7. error. 10. circa finẽ, & decad. 9. error. 1. 2. & 3. In quibus, latè, de actione de dolo, in contractibus bonæ fidei, Et quæ in dicta actione veniant.

L. Cùm proponas. De ratione, & ſenſu, Ferdin-Mendoza, diſput. iur. ciuil. lib. 3. cap. 4. nu. 27. Coraſ. lib. 2. miſcellan. cap. 10. Et Connan. cõmentarior. iur. ciuil. lib. 7. cap. 15. verſ. iam tranſeamus, fol. 495. Vbi vult, quòd, in hoc tex. agatur de contractu, facio, vt des, & propterea, detur tantùm actio de dolo, vt ibi per eum, in ſpecie declarantem ea verba huius tex. *vt tibi, pro eadem, daret mancipia.*

L. Si ſuperſtite. Latè de intellectu huius tex. agit, Ant. Fab. de errorib. pragmatic. decad. 1. error. 7. Vbi, quòd, ex immodica læſione nõ inferatur dolus, neq; hic tex. probet contrarium; Idem decad. 8. error. 10. in fine, Et cur non competat, in terminis huius tex. actio, qđ metus cauſa, idẽ, decad. 13. error. 6.

DE IN INTEGR. RESTIT.

L. Lex illud. Cyn. *Super lege iſta, quærit Iacob. ſi minor fecit pacem de morte patris, an poſſit reſtitui in integrum, & reſpondet, quòd, non.*) Hæc quæſtio, ſecundùm Bal. hìc, intelligitur in pupillo, qui, cum authoritate tutoris, fecerit pacem, & in adulto, qui, cum authoritate curatoris, ſi habeat, & ſi non habeat, ſine authoritate, De qua quæſtione, vide per Bal. & Paul. hìc, Et Alberic. hìc, in rub. Quibus adde Paul. & Bal. & Angel. in l. ſi non conuicij, inf. de iniur. Et eundem Angel. in l. Imperatores, nu. 3. ff. de pact. Et eod. tit. Paul. de Caſt. in l. tutores, quam legit, cum l. reſcripto, §. fin. nu. 6. Et Speculat. in tit. de homicid. §. penult. nu. 6. Bar. in l. fideicommiſſo, ſup. de tranſact. Bal. in l. iuriſiurandi, ff. de iureiur. Et eũdem, in rub. de treug. & pace, nu. 10. Et in l. pactum curatoris, nu. 3. ſup. de pact. Et ibidem vide Alberic. & alios, Et Io. de Amicis, conſ. 188. nu. 1. & ſeq. Et latè in quodã conſilio Collegij Aduocatorum Curialium Prouinciæ Marchiæ, inter conſilia crimin. diuerſ. collecta per Io. Baptiſtam Ziletum, conſ. 150. incip. quoniam, cum pluribus alijs conſilijs, ſequentibus, aliorum Doctorum. Affl. in conſtit. minorũ

iura,

iura, Et quòd minor non reſtituatur, cum opinione Cyni, adeſt cõmunis opinio, vt per Sforz. in tract. de reſtit. in integ. par.2. quæſt.85. art.7. nu.45. Surd. in deciſ. 99. Magnif. dominus, nu.19.

L. Si curatorem habens. Cyn. *ſi non habet curatorem, valet, ſed reſtituitur, vt hic,)* Dictum hoc fallit in illis caſibus, in quibus requiritur decretum, puta in alienatione immobilium, nàm quàmuis adultus careat curatore, tamen nõ poterit alienare, quia alienatio erit nulla, ſecundùm Bar. poſt Iacob. de Aren. in l. ſi ex legati cauſa, nu.4. ff. de verb. oblig. Canoniſt. in c. conſtitutum, de in integ. reſtit. & Alex. hìc, nu.3. Iaſ. conſ.48. vt veritas, vol.1. nu.5. Et Roland. conſ.54. quòd promiſſio, nu.35. vol.2. Simoncell. de decret. tit.8. inſpect.2. Sed quid, de rebus mobilibus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt? Faber, & Aret. & Riminald. in §. nunc admonendi, Inſtit. quib. alien. lic. dixerunt, quòd eas alienare poſſit. Sed contra, Simoncell. loco cit. nu.21. Et Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib.1. tit. de teſtan. poteſt. 10. nu. 74. Quos refert, & ſequitur And. Fachin. controuerſ. iur. lib.3. cap.1. Sed an adultus, curatorem habens, poſſit, abſq; eo alienare mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt? Aret. hìc tenet, quòd ſic, Et idẽ Corn. conſ.36. lib.2. Sed contra, Gloſ. hìc, Et Alex. Et Bar. conſ.70. nu.1. Cuman. in l. apud Celſum, §. ſi minor, ff. de dol. except. Paul. de Caſt. in l. ſi filius, nu.2. inf. de inoff. donat. Et hæc, eſt communis opinio, Et idem Campeg. de dote, 2. par. quæſt.10. Sed primam opinionem, tanquam veriorem, ſequitur Pet. Barboſ. in l. ſi ante, nu.15. ff. ſol. matrim. Vbi reſpondet omnibus rationibus adductis pro communi, Quem omninò vide, quia benè declarat materiam hanc, præterquàmquòd, verè loquitur. Item, adde, quòd comparitio prodigi, curatorem habentis, de quo in hoc tex. non in omnibus procedat, prodigus enim, non poteſt ſe obligare promittendo, Secus eſt in minore, ſe obligante, ſine curatore, etiam ſi curatorem habeat, quia valet dicta obligatio, l. puberes, ff. de verb. obligat. Vbi Cuiac. Ità Ant. Fab. de errorib. pragmat. decad.6. error.9. Et quòd non procedat hic tex. quando minor, habens curatorem, vendit cum iuramento, idẽ Fab. loco cit. Omninò tamen vidẽdus eſt, peritiſſimus Franc. de Caldas Pereira, in eius repetitione, ad hanc legem, Vbi pleniſſime

ſsiſsimè, de hac materia, pertractat, Et Ant. Fab. coniect. iur. ciuil. lib. 8. cap. 6. Et in quibus caſibus, adultus, habens curatorem, aſsimiletur pupillo, habenti tutorem, vide per Bar. & alios, in l. 1. §. fuit quæſitum, ff. ad Trebell. Et in illis caſibus aſsimilatur, qui tendunt ad incommodum ipſius adulti, ſecus in illis, qui tenderent ad ipſius fauorem, ſecundùm Iaſ. in l. videamus, nu. 17. ff. de in lit. iur. Vbi ita limitat tex. hunc. Quam limitationem pulchrã dicit, & notandam; Item adultus, habens curatorem, ſi, ipſo authoritatem præſtante, aliquid agat, in quo, neceſſaria non ſit authoritas curatoris, reſtituitur, ſi ſit læſus, ſicuti ſi curatorem non haberet, ſecundùm Bar. in d. §. fuit quæſitum, nu. 3. verſ. ſecunda ſolutio, Quod notandum dicit, pro declaratione huius legis, Et ibidem Iaſ. nu. 28. Et an adultus, carens curatore, poſsit conſtituere procuratorem, ad iudicia, vide Iaſ. in l. neque tutores, 3. notab. ſupra, de procurat. Et Gloſ. in l. 3. §. curatores, in verb. per procuratorem, ff. qui pet. tut. Vide Menoch. conſ. 100. nu. 121. & 152. Et an poſsit donare cauſa mortis, abſq; curatore? Tiraquell. poſt leges connub. Gloſ. 5. nu. 72. & ſeq. Et quomodò concilietur hęc lex, cum lege, puberes, ff. de verb. oblig. vide Alciat. in comment. in d. l. puberes, Et ibidem Duaren. Et And. Fachin. controuerſ. iur. lib. 3. cap. 9. Vbi allegat etiam Robert. Aurelian. animaduerſion. iur. lib. 1. cap. 12.

L. Si minorem. Cyn. *duo probare debet minor, .ſ. ſe minorẽ, tempore contractus, vt hic,)* Cui incumbat probatio minoris, vel maioris ætatis, vide Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 666. Menoch. in tract. præſumpt. lib. 2. præſumpt. 50. Et Surd. deciſ. Mant. 75. incip. præter ſtatutum.

SI TVTOR, VEL CVRATOR.

Rub. & l. etiam. Notatur ex hac lege, & toto tit. quòd licet minores, poſsint conſequi ſuam indemnitatem à tutoribus, & curatoribus, tamẽ poſſint petere, in integrum reſtitutionem, Hoc notabiliter declarat ingenioſiſs. Iuriſc. Ant. Fab. de errorib. pragm. decad. 25. error. 7. vt procedat quãdo pupillus, reſtitui poteſt, vt pupillus, vel minor, vt minor, ex edicto, de

nor ſucceſſit, quia tunc procedit l.2.hoc tit. Et de intellectu harum legum, vide Ant. Fab. de errorib. pragm. decad. 25. error.6. circa medium.

SI ADVERS. DONAT.

L. 2. Per hunc tex. Iaſ.in l.cùm filio familias, prope finē, ff. de legat. 1. nu. 168. & 169. reprobauit id, quod voluit Paul. de Caſt. in conſ.171.incip.in caſu præſenti, vol.2. ſcilicet, quòd mulier, poſſit, ſine ſolennitatibus, per ſtatutum, in muliere donante, requiſitis, retrodonare patri, quæ habuit ab illo, arg.l.ſi. verò non remunerandi, §.idem Papinianus, ff. mand. Dixit enim Iaſ.id non eſſe verum, propter hunc tex. Sed Mar. Monter. in deciſ. 47. iuxta thema, nu. 12. & 3. dicit intentionem Iaſ. in hoc tex. non probari, vt ibi, per eum.

SI ADVERS. LIBERT.

L. 1. Cyn. *Hæc ſunt in argumentum, ſecundùm Iacob. de Arena, quòd, licet poteſtas, ex vigore ſtatuti, non poſſit, vltimo menſe ſui regiminis, aliquem extrahere de bando, poterit tamen pronunciare, aliquem eſſe extrahendum,* &c.) De veritate huius dicti, vide per Franc. Sarmient. lib. 1. ſelect. interpret. cap. 14. nu. 1. & ſequent.

SI ADVERS. TRANSACT.

L. 1. Adde, quòd concedatur reſtitutio minori, qui, in diuiſione, ex lubrico ętatis, & inconſulta facilitate, cōſtituerit portiones inæquales, aut ex inæqualibus, quarum electionē habuit, elegerit minorem, Ita, per hunc tex. dixit Ant.Fab. de errorib. pragmat. decad.8. error.2. circa med.

SI ADVERS. SOLVT.

L. Exemplo. An hæc lex, habeat locum, in curatore furioſi, ſicuti in curatore minoris, & tutore pupilli, vide D. de Franch. deciſ.206. in cauſa Mag. D.Briandæ, nu.21. Vbi dicit, quòd ſic, Et ibidem, vide cautelam, vt poſſit quis conſequi pleniſſimam liberationem, ſoluendo tutori, vel curatori, Vt .ſ. ſoluat, cum

decreto

Et vide alios,relatos per Alſan. collect.14.

IN QVIB. CASIB. IN INTEG. RESTIT. NON EST NECESS.

L. In minorum. Hęc lex limitatur,vt nō procedat in minore, qui non haberet legitimam perſonam,cui ſolueretur,per tex.in l. cùm quidam, §.ſi pupillo, ff.de vſur. ſecundùm Paul.de Caſt. hìc, Et Iacobin. qui notandum dicit, Et idem,Alex.conſ.92. perſpectis,vol.1. Et verā limitationem exiſtimauit Sac. Conſ. teſte D.de Franch. deciſ.16, Saluator Caſellus. Et ibidem vide,an currant vſuræ minori,etiam,poſteà, effecto maiori.

Cyn. *Oppono primò, &c. vel poſſet dici,quòd emptor,licet habuerit rem,nō tamen percepit fructus, adhuc, & poteſt eſſe,quòd per annum ſtabit ad fructus percipiendos, vnde in maiore vendente, ità demùm tenetur emptor ad fructus, ſi eos percepit, vel percipere voluit,* &c.) Cyn. hìc,ex ijs,quæ dicit,videtur tenere,quòd emptor,qui non percepit fructus,ex re empta, puta ſi eſſet ſterilis,non teneatur ad intereſſe pretij non ſoluti; Quam opinionem tenet Salic.hìc, nu.3.Alex.in l.de diuiſione, nu.13.ff.ſol.matrim. Aret. conſ. 194. nu.11. & in l.ſtipulatus, ff.de verbor.obligat. Soc. Sen. conſ. 109. nu. 5. lib. 3. Corn.conſ.59.incip. placet, nu.5. lib.3. Cagnol.in l.curabit, nu.26. inſ.de action. empt. Et ibidem Io. Bapt. Lup. nu. 141. Couar. variar. reſolut. lib. 3. cap. 4. in 7. illat. Natt. conſ. 417. Pet. Benintend. deciſ. Bonon.29. Quos omnes refert, & ſequitur And.Fachin. controuerſ.iur.ciuil.lib.1. cap.31. Sed contra,Surd.conſ.101.&, per ipſum,relati.Magis tamen,communis opinio,& magis vera,videtur opinio Cyni, vt eſt videre per Fachin. loco cit. Et vltra allegatos per Fachin. vide Pet. Barboſ. in l. de diuiſione,ſub nu.56.& 58. ff.ſol.mat.Vbi dicit, ſecus eſſe, in minore, venditore.

Cyn. *Neceſſe ergo habes dicere,quòd in caſu venditionis,nō contineatur ius ſpeciale,* &c vel &c.) Cyn. hìc videtur ſentire, quòd in venditione, minor non habeat aliquod priuilegium, Et quòd hæc lex, habeat locum in quolibet contractu,Sed quantum ad hoc ſecundum Doct.cōmuniter, eum ſequuntur, teſte Sadolet. in l. quod te, nu.82. ff.ſi cert.pet. Licet contra ſenſerit Pet.Barboſ.in l.de diuiſione,nu.56. ff.ſol.mat.cùm in hoc tex. fiat mentio de pretio, vt per eum. Sed primum dictum Cyni,communiter damnatur teſte Barboſ.loco cit. Vbi latè de intellectu huius tex.

Cyn. *Septimò quæritur, ponamus quòd creditor venit ad debitorem, & [illegible] li- citè, [illegible] tu debes mihi dare centum, per Deum ego fortiter [illegible] [illegible] per hoc, vid [illegible] interpellatus, & in mora con[illegible] tutus quidem* &c. Vide plura, circa hanc materiam per Bar. in l. ſi quis mihi bona, §. pater, ff. de acq. hære[illegible]. Vbi contra Cyn. hic, Et opinionem Bar. [illegible] communem eſſe teſtatur, Iaſ. in l. ſi ex legati cauſa, nu. 10. ff. de ve[illegible] b. ob[illegible]. Qui tamen videtur ſequi opinionem Cyni hic, poſt A[illegible] quòd te, in vlt. col. ff. ſi cert. pet. Vbi dicit, vidiſſe, [illegible] opinionem Cyn. quòd talia verba non inducant inte[illegible] rem, Vide etiam Surd. qui alios allegat, deciſ. 240 [illegible] & 17. Omnes tamen concludunt, quòd, quando creditor erat is, qui debebat debitori reuerentiam, tunc, per talia verba, debitor in mora cõſtituatur, vt pe. Cyn. ante nu. 12. Alberic. & Iaſ. locis cit.

Cyn. *Decimo quæ[illegible] quid minor poterit vti priuilegio iſto, contra minorem? pe. & contra. pe. eſt [illegible]* &c.) Sed an indiſtinctè, quando mora incœpit currere contra maiorem, continuet etiam currere, contra minorem, qui maiori ſucceſſit, vide tex. in l. cùm pater familiàs. ff. de vſur. Et in l. filius familiàs, §. in hac, ff. de verb. oblig. Qui videtur in argumentum, quòd ſic, Sed tu vide D. de Franch. deciſ. 16. nu. 9. & 10. Vbi, de hoc dicto, dubitat, Et ratio eſt, nam, quando mora regularis cœpiſſet currere aduerſus maiorem, tunc, bene curreret, aduerſus minorem, qui maiori ſucceſſit, & ſic [illegible] ambo iure communi. Sed quando mora irregularis incœpit currere cum maiore, tunc, non videtur idem dicendum, ſicuti de regulari, ex quo, talis mora, fuit inducta, fauore minoris, quæ non debet currere aduerſus alium minorem, [illegible] priuilegiatum, Et ad hoc, faciunt dicta per Cyn. hic, Cogita [illegible], per hoc, in negatiuam partem inclinandum videtur, Et licet adduci poſſent aliquæ leges, in argumentum, tamen dici poteſt, quòd loquantur, quando mora regularis, cœpiſſet currere, contra maiorem, & non quando irregularis, vt in hac quæſtione.

L. vlt. Adde, an detur reſtitutio minori, aduerſus lapſum temporis con[illegible] ratio[illegible]is, De quo, vide, poſt alios, latè Ant. Fab. de erron[illegible] decad. 25. error. [illegible] ampliatio[illegible], & limitatio[illegible] tex. per Fernand. Vaſq. de teſta[illegible] par. 1. §. 10. nu. 39. & ſequent.

Cyn.

Cyn. *In tex. ibi, melius etenim eſt intacta,* &c.) Adde tex. concordant. in l. 1. inf quand. lic. vnic. Et conſtit. Regni, incip. intentionis noſtræ, ſub tit. de illicit. port. armor. lib. 1.

QVI, ET ADVERS. QVOS.

L. Cùm apud. Ex hoc tex. ibi, *cùm minor, ex ſua ſimplicitate,* Notanda eſt opinio veterum prudentum, Facilius eſſe, vt filij, & filiæ, in integrum, reſtituantur, aduerſus contractum, quem cum patre inierunt, cùm ſe, ex ſua ſimplicitate, deceptos allegant, quàm, ſi, metum, vel dolum, eis à patre illatum eſſe, dicerent, Ex quo infert vir equidem ingenioſiſſ. Anton. Fab. de errorib. pragmat. decad. 13. error. 6. circa finem, quòd filia, quæ patri renunciauit, habeat reſtitutionem in integrum, non ſolum ſi dicat, & probet, dolo, vel metu patris, inductam, vt cum iuramento renunciaret, Sed etiam ſi dicat, ſe læſam, ſua ſimplicitate, & probet læſionem, Item hæc lex, procedit in parentibus tantùm, vel patronis, quibus Iuſtinianus proſpicere voluit, propter reuerentiam, quæ huiuſmodi perſonis debetur, non etiam, in eorum hæredibus, Idem Fab. loco cit.

SI MIN. SE MAIOR. DIXER.

L. Si alterius. Circa hanc legem, vide Rom. conſ. 12. viſo facto, nu. 5. Et Ruin. conſ. 195. quãuis multa, nu. 9. & ſeq. vol. 1. Et Curt. Iun. cõſ. 118. præſupponitur in facto, vnà cum conſ. ſeq. incip. pro clara reſolutione. Et an, hæc lex, habeat locum, quando minor, in principio inſtrumenti, dixerit ſe maiorem, & deinde, in fine inſtrumenti, iurauerit, omnia, & ſingula fore, & eſſe vera? De hoc, vide Barbat. conſ. 53. ad dictam, nu. 2. & ſeq. vol. 2. Vbi dicit, legem hanc, locum non habere, quia, per tale iuramentum generale, non dicitur, eſſe iuratum, ſuper maiori ætate; Et an hoc verum ſit, vide Curt. Iun. d. conſ. 119. nu. 8. Vbi conatur defendere dictum Barbat., Et circa hanc legem, vide etiam Soc. Iun. conſ. 3. nu. 26. & 32. vol. 2. Vbi etiã videtur ſequi Barbat. Sed contra, Stephan. Lamberten. in tract. de contractu iurato, gloſ. 8. verſ. mariti, nu. 83. Quem refert, & ſequi videtur Franc. Mediolanenſ. deciſ. 12. incip. reuoluta cauſa, nu. 43. lib. 1. Hæc lex limitatur, quando aduer-

ſarius

ſarius ſciret minorem, iurantem ſe maiorem, eſſe minorem, ſecundùm eundem Lamberteng. in d. tract. nu. 66. Ex doctrina Bar. hìc, Et Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 162. nu. 83. Et Franc. Mediolanenſ. d. deciſ. nu. 32. Item, minor poteſt admitti ad probandum minorem ætatem, quandò de nullitate contractus tractaretur, ſecundùm eundem Franc. Milanenſ. loco cit. nu. 26. & ſeq. Vbi ad id allegat Maſcard. d. concluſ. nu. 71. & alios.

DE IIS, QVI VEN. AETAT. IMPET.

L. vlt. Tempus minoris ætatis, hodie, eſt mutatum, de iure conſtit. Regni, vt in conſtit. minorum iura, Et ſic, quantùm ad minorem ætatem, correcta eſt hæc lex, vt per gloſ. ibi, Nàm per d. conſtit. quis, efficitur maior, completo decimo octauo anno, Feudatarij verò, decimoquinto anno, exeunt à poteſtate balij, vt in d. conſtit. Quod, licet in quibuſdam conſtitutionibus nō reperiatur, tamen in antiquis, adeſt, vt per Iſern. in d. conſtit. & in §. prætereà, de prohib. feud. alienat. per Federic. Habent tamen feudatarij reſtitutionem in integrum, de geſtis, à 15. anno, vſq; ad 18. vt per Iſern. ibidem, Et per gloſ. in cōſtit. minoribus, Hodie verò, de iure, huius Regni, nouiſſimo, feudatarij, tam maſculi, quàm fœminæ, manere debent ſub cura, & regimine baliorum, & curatorum, vſq; ad annum 18. cōpletum, dummodò, ſi ſint fœminæ, non ſint nuptæ, ante eundem annum 18. vt habetur in pragm. incip. Don Henricus de Guzman, ſub tit. de minorib. fol. mihi, 2. in prætermiſſis, ſiue, additis.

SI MAIOR FACT. RAT. HABVER.

Cyn. (*Continua vt in Gloſ. Et oppono, quòd, aut iſte titulus, aut titulus primus, ſi maior factus, eſt ſuperfluus, quòd eſſe non debet, quia in libro nihil eſt ſuperfluum.*) Hic titulus differt à titulo, lib. 5. inf. ſi maior fact. alien. rat. habuer. nam titulus hic, loquitur, quando contractus, de ſe, validus eſt, ſed per reſtitutionem, venit reſcindendus, ratione læſionis, titulus autem lib. 5. loquitur, quando contractus, eſt nullus, ratione ſolennitatis, ſecundùm Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. nu. 106. & ſeq. fol. mihi, 487. Quam veram differentiam dicit, exploſis alijs.

Ad

L. vlt. Per hunc text. inferunt Doct. quòd filia, quæ, in minori ætate, accepta peræxigua, aut nulla dote, pacta eſt; cum patre diuite, de non ſuccedendo, cum iuramento, ſi à tempore completi anni vigeſimi quinti, tacuerit per decennium, non poterit vlterius, in integrum reſtitutionem petere; ſicut hìc, in donatione facta, dicitur, Ita Soc. conſ. 67. nu. 43. lib. 2. Et alij, Quos refert, & ſequitur Anton. Sola, in comment. ad edictum Sabaud. de alienat. bonor. minor. gloſ. 2. nu. 12. Sed hanc ſententiam reprobat Ant. Fab. de errorib. pragm. decad. 13. err. 8. Vbi latè, ac doctè, de intellectu huius legis, agit.

VBI, ET APVD QVEM, ETC.

L. 2. Ex hoc tex. patet, cauſam in integrum reſtitutionis, in eo loco agitandam eſſe, in quo domicilium fouet is, qui cõuenitur, Doct. ampliant, vt etiam in loco rei ſitæ, ex cumulatione remedij reſcindentis, & reſciſſorij, Sed latè hoc impugnat Ant. Fab. de errorib. pragm. decad. 7. err. 5.

L. vlt. An delegare, in integrum reſtitutionem, de qua re, in hoc tex. competat iure ſpeciali, vt per Doct. communiter, uide Vacon. declarat. lib. 6. cap. 81. Vbi, contra communem ſtatuit, poſſe mandare in integrũ reſtitutionẽ, quamuis fiat, cauſa cognita, nihil ſpecialitatis habere, & reddit rationẽ, vt ibi.

IN INTEGR. RESTIT. POSTVL. NE QV. NO. FI.

L. Poſtulata. An, ſicuti ſuſpenditur executio ſententię iudicis inferioris, per reſtitutionem, aduerſus eam poſtulatam, ſuſpẽdatur etiam executio ſententiæ Principis, vide Hoſtienſ. in ſum. in tit. de reſtit. in integr. §. an executio ſententiæ, Et Bal. in auth. quæ ſupplicatio, ſup. de prec. Imper. offer. Innocent. in c. ſuſcitata, de in integr. reſtit. Et ibidem Abb. Et Affl. deciſ. 356. incip. fuit dubitatum, nu. 5. Capic. deciſ. 53. incip. in cauſa, Mag. Manſulini, Guid. Pap. quæſt. 216. nu. 7.

DE RESTITVT. MILIT.

L. 1. Vide Ant. Fab. coniectur. iur. ciuil. lib. 14. cap. 1. Vbi dicit, Et hanc

hanc legem,intelligendam eſſe,ſi viuus miles,qui in integrum reſtitutionem non petijt,declarauerit,ſe velle,hæredem eſſe, aut habere tempus ad deliberandum; Et de concordia,cum l.ſi infanti,inf. de iur. deliber. idem,loco cit. circa finem.

DE VXORE MILITVM.

L. 1. Iuxta hanc legem,quæras,an vxori, quæ habet virum ſuum in caſtris, ſi conueniatur, competat exceptio hoſtica? Hæc lex, eſt argumento, quòd non, Et ita fuiſſe deciſum in Sac. Conſ. teſtatur Capic. deciſ. 76.incip. in cauſa domini comitis,Licet videretur dicendum,quòd ſic,ex quo, ea litigante, veriſimiliter maritus,veniret ad defendendum cauſam vxoris ſuæ, & ſic retraheretur à ſeruitio Principis, Et ita fuit aliàs iudicatum, vt per eundem, deciſ. 172. in cauſa Didaci, Et vide Franc.Mediolanenſ.deciſ. 10.incip. dicebat,lib.1.nu.17. Vbi ſequitur diſtinctionem Afflicti, in cõſtit.hoſtici,nu.13.& ſeq. Vbi,quòd ſi conueniatur pro dote, tūc competat exceptio,ſin autem ſuper bonis paraphernalibus, vel alijs,quæ non ſunt mariti,tunc non competat.

Cyn. *Iuxta hoc,poteſt quæri,nunquid vxor teneatur ſequi virum in remotis partibus,)* Adde eundē Cyn. in l. liberto, in fine,inf.de oper.libert. Et aliquos hìc, Et Bal. in l. qui manumittuntur, eod. tit.de oper.libert. Et ibidem Paul.de Caſt.Et in addit. ad eum,Et vide per Doct. in l.Mæuia,ff.de ann.legat.Et Tiraquell.latè, in l.1. nu.39. de legib.connub.Menoch.lib.2.de arbitr.iud.centur.5.caſ.469.

DE TEMPOR. IN INTEGR. RESTIT.

L. Superuacuam. Cyn. *Ad id,quod obijcitur,de §. ſi quis ſapius,&c. & dico,quòd illæ leges loquuntur de tempore,ad quod datur reſtitutio, non de tempore, infra quòd,nam infra quod,eſt vniforme,& habet quatuor annos continuos)* Adde Zabarell.in clem.1. col.1.verſ.ſeptimò noto,de in integ.reſtit. Vbi dicit,in materia reſtitutionis, duplex tempus, eſſe cõſiderandū.ſ.tempus, infra quod peti debet,& illud eſt,quatriennium,& tempus,ad quod datur reſtitutio,& illud eſt,quantum fuit tempus læſionis, Sed contra,quando peteretur reſtitutio aduerſus læſionē, minoris tēporis,tūc enim reſtitutio,debet peti,intra tantū tēpus, quantū fuit illud, in quo fuit læſus, ſed terminari debe-

bit

bit intra quatriennium, ſecundùm Bar. in l. ab hoſtibus, §.ſed quod ſimpliciter, nu. 12. ff. ex quib. cauſ. maior. Et Paul. Caſt. in l. 1. nu. 2. ſup. de reſtit. milit. Vbi contrarius eſt ſibi ipſi, in l. quod tempore, nu. 4. eod. tit. Sed opinio Cyn. & Cardinal. eſt in obſeruãtia, quicquid dicant alij, vt teſtatur Affl. in conſtit. Regni, minorum iura, nu. 2.

DE ALIEN. IVDIC. MVTAN. CAVS.

L. vnic. Pro intellectu huius tex. & §. æquè Inſtit. de act. pulchra quædam Nicol. Bellon. ſupput. lib. 1. cap. 10. Vbi contendit, etiam poſſidenti, competere rei vendicationem, quando ſcilicet, peteret ſimpliciter, ſe declarari dominum, vt magis confirmaretur eius poſſeſſio, hoc enim, ſecũdùm eum ibi, facere poteſt, Et allegat etiam Guid. Pap. ita tenentẽ, in quæſt. 219. incip. edicto: Vide conſtit. Regni, eorum fraudibus, lib. 2. nu. 2. Per quam, impoſita eſt pœna tertiæ partis æſtimationis rei alienatæ, Item vide cap. Regni, Regis Caroli II. incip. conuentus, Per quod ſtatuitur, quòd poſſit fieri executio ſententiæ, contra poſſeſſorem, abſq; nouo proceſſu, Et in quibus caſibus non contrahatur vitiũ litigioſi, vide pulchrè per Affl. d. conſtit. nu. 13. cum ſeq. Vbi ponit viginti tres caſus.

Cyn. *Secundò noto, &c. quod intellige verum, tribus concurrentibus,* &c.) Eadem requiſita ponit Afflic. in materia conſtit. eorum fraudibus, nu. 2.

Cyn. *Octauò quæritur, &c. modò dubitatur, ſi reus conuentus directa rei vendicatione, lite conteſtata, dolo deſinat poſſidere, vtrum condemnetur ex virtute directæ actionis, quæ erat propoſita, vel ſit inchoandum, de nouo, iudicium, ſuper vtili?*) Cyn. hìc allegatur ab Affli. in conſtit. Regni, eorum fraudibus, nu. 11. pro cap. Regis Caroli II. incip. conuentus, De quo dixi ſuperius, in hoc tex.

DE RECEPT. ARBITR.

An laudum dubium, poſſit declarari per arbitros? Abb. in c. cùm olim, de arbit. dicit, quòd non, ſed per ordinariũ iudicẽ; Mar. Anton. Blanc. in tract. de cõpromiſ. quæſt. 23. in fine. Alex. conſ. 18. nu. 7. lib. 7. Limitatur quando in compromiſſo, fuiſſe data talis facultas, & in laudo fuiſſet reſeruata, vt per Doct. locis cit. Et Fulgoſ. conſ. 144. Sed quid, ſi in declaratione, diſſentiant arbitri, poſt partium emologationem, an reddatur

tur nullũ,ex quo, cùm talis declaratio, fuerit ab arbitris reſeruata, videtur pars laudi,& ſic, videtur in laudo diſsentire? Vide Teſſaur.deciſ.253.ſentētię, Vbi dicit,à nemine vidiſſe,hoc, in ſpecie,tactũ, Et tandem cõcludit,valere laudum,etiã ſi poſtea,in declaratione, diſſentiant, Et ibidem uidetur innuere, quòd in caſu diſſentionis,ſit recurrendum ad iudicem ordinarium, Et ad illud, quòd uideantur diſſentire in laudo, cùm diſſentiant in declaratione, quæ, pars laudi dicitur, reſpondet,quòd ſit pars ſeparabilis, & ideo laudum, poterit ualere.

Lex ult. Cyn. *Quærit hic Glo.&c. ſcilicet vt teneat de conſuetudine)* Vltra Doct.hìc, Connan.commentar. iur. ciuil. lib.1. cap.8. fol. 32. lit. I. ſequitur Glo. Et ad idem, citat tex.in c.dilecti,eod.tit. Et ibidem Panor. Et Bar.in l.1.ff. de uar. & extraord. cognit.

DE SATISDANDO.

L. Non eſt. Hic Tex. allegari ſolet,ad probandum regulam,quòd reuocatio procuratoris, non intimata parti, uel iudici, non ualeat, Quæ tamẽ regula,fallit quãdo reuocatio eſſet facta penes acta cauſæ, nam tunc,alia intimatio,aut notificatio,nõ requiritur, ſecundùm Paul.de Caſt.hìc, nu.2. verſ. benè tamen puto, Et Bar.& Bal.& Salic.& alios hìc, Et ita, fuiſſe iudicatũ, teſtatur D.de Franch.deciſ.490.incip. compilato proceſſu.

Cyn. *Quintò,iuxta præmiſſa.&c. quid dicemus? videtur mihi)* Bar.hìc, & Bal.& Salic. in fine, vidẽtur tranſire cum Cyn. Et adde Surd. conſ.201.incip. in locatione,nu.6. vol.2. vbi alios allegat.

DE FORMVL. ET IMPETRAT.

L. Nulli prorſus. Alicat.lib.4.diſput.cap.23.reprehendit Accurſ. hìc,& alios,intelligentes,hanc legem loqui de actionibus,quæ impetrabantur à Pontificibus, nam ante tempus horum Imperatorum,in vſu eſſe deſierant,vnde ipſe exiſtimat potius intelligi debere de ijs actionibus, quæ à prætoribus concedebantur,nam priuſquam quis litem conteſtaretur,neceſſe erat, vt prætorem adiret,qui,narrato ſibi facto,actionem,quæ ei videbatur,tribuebat, Vide Vacon.declarat.iur.lib.6.cap.88.nu.6. Qui uidetur ſentire cũ opinione Glo. Et circa hanc leg. & leg.1. Vide Ant.Fab. coniect. lib.4. cap.7.fol.160.& 162.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google